



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

VI. Libertatis liberarum volitionum Dei formalis constitutio expenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

9. In ratione insuper præteritionis anteriori tempore effectus (etiam qui ea duratione non finitur) supponitur ipse effectus tunc in se existens, & extra causas suas; alioqui nullo sensu præteritus seu anterior duratione effectus ille esset, dicere posset, & inde etiam præcisè, etsi in causa nunc existente potestas agendi ex hoc instanti ad antèrius instans (quæ repugnat) daretur, repugnaret potestas faciendi, quod effectus in ea duratione qua præcessit, non præcederet, aut fuisset, esset enim potestas ad coniungendum cum effectus existentia in duratione anteriori, quam eius dicit præteritio, & antecessio, negationem existentia ipsius effectus in duratione eadem: ad quod nulla potentia, nisi chimærica esse potest: ac proinde adhuc dum de præsentis causa libera est, potens nunc liberè alterutrum extremum operari, ex suppositione quod actum operata nunc sit, nequit ipsum nunc etiam omittere: quia eius potestas, etsi ad utrumque diffinitum siue alterutrum pro libito apponendum sit, non tamen ad utrumque coniunctum, & simul. Ex quibus patet in iis solum causis, operationibus, & effectibus, quæ tempore, & successiva, & diuisibili duratione propria, & sunt, & operantur rationem præteriti, siue perfectè siue imperfectè talis dari posse: & ratio duplex impotentia ad hoc, vt quod aliquomodo, siue perfectè, siue imperfectè semel fuit præteritum, præteritum non fuerit: atque item ratio discriminis potentia absolutæ, quam Aristoteles, & Anselmus causæ liberæ ad affectus suos de præsentis, aut futuro liberè edendos concedunt, & ad præteritos negant. Ac demum inde constat in volitione liberæ voluntatis diuinæ, quæ æternitate indiuisibili, totaque simul, tanquam duratione propria, & intrinseca est, durat, atque operatur, nullatenus rationem præteriti reperi, etsi extrinseca successiva duratione, & tempore nostro, qua neque est, nec durat, nec affectus operatur suos tanquam de præteritis & futuris de eis loquamur. Hinc tempore, siue quo, nec de æternis, possumus loqui, vt iudicare, asserere debemus dari in voluntate Dei in actu primo considerata absolutam habendi, & non habendi volitionem, quam de facto habet, vel etiam oppositam, quin ad præteritum detur in Deo potestas, seu ad faciendum, vt id, quod fuerat, non fuerit, vt nostris vocibus decepti, Ruiz noster in Doctoribus primæ solutionis exhorruit, minusque prudenter, & caute admiserunt Gilbertus Porretanus in lib. 1. Boët. de Trinit. quem sequitur Aristodorus. summ. cap. 11. quæst. 6. Alex. 1. part. quæst. 2. i. m. 5. art. 4. Doctores Angli relati, & propugnati à Greg. in 1. d. 42. c. 1. art. 2. Corduba q. 55. questionar. dub. ult. in hac quæst. & simili de præscient. futurorum potentiam in Deo dari posse ad præteritum, vt præteritum non fuerit, quod ex dictis num. 8. & 9. improbabile, atque euidenter, (vt semel in re scholastica sic loquar, falsum esse compertum est: cum autem omnes nostri Ruiz impugnationes emittantur deceptione, quod ex libertate intrinseca voluntatis diuinæ in actu primo pro nostro tempore ad habendam, vel non habendam volitionem liberam inferatur dari in Deo potentiam ad præteritum, siue, vt re ipsa non fuerit in Deo, quod fuisse in se suppositum est, ex dictis euanescent: illaque absurda de diuinæ reuelationis, ac fidei in certitudine, speique nostræ ac Beatorum rationabili hæsitacione. Hæc quippe omnia decretum liberum, cum rei promissa, tum reuelationis in actu secundo ex indifferenti voluntatis diuinæ ad illa concipienda, vel omittenda, & in se posita supponunt: è quorum suppositione, & positione in se, etsi libera, implicat tota æternitate non esse, & necessario necessitate consequenti sunt, quin vt non sint, quæ iam esse supponuntur, & de facto sunt, vlla in Deo vera potestas dari queat: quare & in reuelatis certitudo, atque in promissis tota firmitas in hac nostra doctrina ex parte obiecti consistit.



QVÆSTIO VI.

Libertatis liberarum volitionum Dei formalis constitutio expenditur.

1. **S** T morem Theologorum consuetudini geramus, statim de libertatis huius constitutino difficultatem explicare penitus, ac plene definire minime sperantes, hanc quæstionem ingredimur. Neque enim tenuitas nostra sapientissimos viros in ea, vel animo collapsos, vel hallucinantes, vel lapsos videns, melius aliquid de se, nisi per summam velaniam, aut stultitiam sperare valeret: id vnum hac in re præstare potest, quid in ea dicendum non sit, aliorum vel periculo vel exemplo edoctos ostendere: non autem quid in ea sit explicare: ergo in libertate volitionum liberarum Dei constituenda generales duas opinandi classes scholasticæ hæcenus fecerunt: etsi earum vna quæque variis modis, seu angustioribus classibus Doctorum intra alteram illarum hæc, vel illa via docentium diuidatur: Classis prima eam libertatem creato aliquo extrinseco complet, ac constituit; ne Deum mutabilem intrinsecè, ac secundum intrinsecum aliter, atque aliter se habendi capax, talis quo ea libere veller, quæ non vult, vel contra, nollet, quæ vult, vel neutrum è libertate contradictionis velle, sed vtriusque volitionem pure omitteret. Secunda classis intrinsecè Dei volitionum libertatem omnino constanter defendit: vtramque eo ordine cum hæctenus sub vnaquaque adiuuentis modis examinandam, proponemus.

2. Alterutra classe tamen (vt dixi) plures generalem suam conclusionem defendendi modi apud Doctores fuisse, successoribus ad anteriorum modos subiectos contra eos difficultates aliquid addentibus, vel alios cogitantibus: idcirco pro vnaquaque earum classe exogitatos modos omnes referre primum statui, vt explicitius, in quo sub ea modi hæctenus exogitati conueniant, quoque diffideant proposito, cum vniuersum, tum singularem de classe tota iudicium vilius, ac dilucidius fieri possit: & primo loco de classe constitutivæ libertatem volitionum diuinarum per extrinsecum: quia ea mihi longe à vero abire visa semper fuit. Monitos autem lectores velim Ruiz, Arriagam, & alios difficultatem hanc cum alia de libertate præscientiæ absolute, & mutabilis confundere; immò in earum libertate designanda potant esse maiorem; cum tamen in hac nihil difficultatis esse possit, semel volitionis Dei libertate, (à qua mediatè solum, & purè extrinsecè atque ab obiecti libertate voluntate Dei possibili libertate denominatione libera Dei scientia est) sit, siue per extrinsecum Deo connotatam, prorsus intrinsecè, iuxta secundam hæc in re opinantium classem, constituta; quod monui, ne hæc ab vtriusque libertate, quasi diuersa, argumenta confundantur.

CERTAMEN I.

Extrinsæcæ libertatem volitionis diuinæ constituentium numerus, & communiores modi.

1. **C** Oncors horum Doctorum sententia est: libertatem diuinæ volitionis per intrinsecum Deo connotatam & adæquate constitui minime posse; ne aliquid Deo intrinsecum absolute asseratur defectibile: vt esset in ea sententia volitio creandi mundum ac singula quibus constat, quæ ita sane in Deo est, vt poterit absolute non esse: quod si secundum libertatem, & contingenter essendi; ac non essendi, à qua formaliter libera est libertas.

requæ à Deo concepta fuit intrinsecum Deo quidpiam
propterea sit absolute defectibile Deo adesse fatendum ne-
cessario erit; imò vero, & de facto aliquid Deo intrinse-
cum deest; quod potuit absolute habere: verbi gratia
volitio creandi alium mundum, quam de facto non ha-
bet, & nolitio creandi hunc possum, quæ ei non adest,
reputat cum volitione efficaci creandi cum impossibilitate,
& repugnantia: ex quo rursus inferitur absque ulla varia-
tione reali Deum posse contradictoria vera, & realia sub-
iungere in sua intrinseca entitate chimære coniunge-
re: & hæc quidem difficultatum summa est, ob quas ex-
trinsecus libertatis volitionis diuinæ constitutores uni-
uersum à secunda classe intrinsecus eam constituentium
concordes abscedunt: ac iussu aliquo Deo extrinse-
cum ad plenam eius constitutionem vniuersi etiam con-
sensu requirunt; quibus pro secunda classe satisfieri q. 7.
oportebit.

2. In hac porro sententia fuisse OKam in 1. disp. 45.
question. vnic. d. 46. quam supponit Gabriel insignis eius
discipulus disput. 46. question. vnic. sub init. Lychet, &
Nominales alii nonnullique Scotistæ d. 45. quia in Deo,
nec voluntatem, nec volitionem ab essentia, formaliter,
ad hoc, ex parte obiecti (sicut neque inter predicata
realiter adæquata identitate identificata) distinguunt;
sed solum nostris conceptibus, & vocibus, nullam voliti-
onem specialiter, & ab essentia, adhuc obiective, di-
uersam Dei operationem ad extra præcedere doceant:
qua in re à cæteris iam pro hac sententia memorandis,
nihil præter solam vocem, & formalium conceptuum
solas præfessiones (quod eis nominalium nomen fecit)
dissociant: & si eorum in præfenti doctrina durius ali-
quid nostro Ruiz d. 11. sect. 1. à numero quinto & sexto
sonent: sonabuntque aliis, qui eos generale illud, &
proprium scholæ suæ principium ea speciali locutione ar-
tendisse non animaduertunt: eandem sententiam ab-
que ea Nominalium, & quibus non erat, locutione tra-
didit constanter Aureol. in 1. disp. 40. art. 1. propos. 1. &
1. disp. 46. art. 2. propos. 2. & 1. d. 47. question. 1. art. 1.
& ex præmissis Alcinodorus 1. sentent. cap. 13. col. 1. cam-
que magnopere illustrant ex nostris Vasquez 1. part.
disp. 47. cap. 4. numer. 21. disput. 79. cap. 11. numer. 8. &
solus ex Instituto d. 80. cap. 2. Arrubal. d. 54. cap. 3.
Heize d. 16. de volunt. cap. 9. Granad. tom. 2. in 1. part.
tract. 3. d. 7. sect. 3. Albertin. princip. 4. philol. corollar.
1. question. 3. Theolog. assert. 4. à num. 10. & principio 6.
corollar. 1. quæst. 2. Theolog. à num. 18.

3. Pro eadem sententia recensendi sunt nostri etiam
Alarcon. de volunt. d. 4. cap. 9. Hemelm. tom. 1. tit. 5.
d. 2. cap. 5. numero 6. Franciscus Amicus disp. 14. sect. 3.
Recapit. tom. 2. de Deo tract. 2. question. 9. cap. 2. relati
à Quirós d. 59. sect. 2. numero 13. quos ipse sequitur se-
ctio. 4. & 5. assertentes volitionis diuinæ libertatem ad-
dere supra necessariam solummodo connotationem ex-
trinsecam effectus creati: non secus, ac domini, & crea-
tionis actualis denominationes, quæ à creatæ actionis &
rei existentia actuali tanquam forma extrinseca desumun-
tur. Quem modum, docuit fere, olim Magister in 1. d.
41. capit. secundo & tertio, Henric. artic. 45. summ.
question. 3. sub fin. question. 4. corp. fin. & ad 2. Scot.
in 1. distinct. 45. collatus cum dictis d. 39. question. 4.
corp. ad argument. Durand. in 1. disp. 39. question. 1. à
numero 8. Marfil. in 1. quæst. 44. art. 2. ad 3. probat.
primæ ration. Henric. d. 46. & quodlib. 1. question. 1.
expellit tamen Alexand. 1. p. question. 34. m. 2. Al-
bertus question. 79. m. 1. ad argument. atque in simili
de præfentia absoluta futurorum iidem & S. Bonavent.
Cathol. & Magist. apud Ruiz disp. 11. sect. 3. numero 2.
Hugo Victorin. question. 116. elucidat. in epist. ad Rom.
quæritur an præfentiam in Deo deserviat relationem
reipsum futurorum; nec, si futura abessent, præfien-
tiam fore; sed plane loquitur de antecedentia, quam
fientie de illis præfentia nomen addit: siquidem falso
tunc colligere defecturam scilicet nomen, quæ præfentia futura
his deficientibus: eidem sententia in re præfentia magis
adheret Bellarm. tom. 3. controuers. lib. 3. de gratia &
lib. arbitri. cap. 17. §. 4. & ad 1. 3. & 4. argument.
in eoque planè fuisse Capreol. in 1. d. 45. question. 1.
art. 2. ad argument. contra 1. & 2. Conclus. Daza ibi
question. 1. art. 2. notab. 2. Ferrara 1. contr. gent. cap.

75. §. Adverte & sequi. & cap. 76. §. responderi: Molina
1. part. question. 19. artic. 1. ad 2. Zamel ibid. dub. 1.
parum constans artic. 3. Bannez ad eum art. 2. Medina
3. part. prologo questionis 2. Nauarette tom. 1. contr.
56. §. 3. à medi. Cabrera tom. 2. disputat. 13. §. 5. à
numero 58. Ledesma d. 2. de scientia contingentium post
conclusionem 2. à pag. 582.

4. Aiunt enim liberam Dei volitionem qua liberam
solum addere supra Dei necessariam ipsi identificatam
relationem rationis ad extrinsecam connotata creatæ. Non
autem ita Barde locuti, & arbitrati credendi sunt, vt in
ente rationis diuinæ volitionis libertatem veram quasi
chimærium quid, & purum rationis figmentum sit, con-
stituant: volunt ergo Authores præfati diuinæ volitionis
libertatem, si ultra necessariam, & extrinsecum conno-
tatum, quo re quidem ipsa, & vere completur, atque
vltimo constituitur, vt quid vnum ab vtroque diuersum
necessariæ volitionis 1. ei adiacens & inherens cogitur,
vt de ea simplici voce loquamur, rationis figmentum, &
relationem esse; cum reuera, neque à coniuncto voliti-
onis necessariæ & extrinseci connotati creati differat, ac
resulset, neque Deo physice adiaceat, aut inhereret.
quemadmodum de relatione domini, & creatoris actualis,
cuius instat libertatis diuinæ relationem, & con-
notationem Alensis & Albertus explicant: & Vasquez
ipse sententia huius illustrat, iuxta generalem doctri-
nam suam de omni denominatione extrinsecam, quam
vniuersim proinde in relatione rationis eo sensu consti-
tuit, disp. 80. cap. 2. citato consilium eiusmodi liberta-
tem, siue per extrinsecam connotatam, siue per relationem
rationis ex coniuncto eorum, & necessariæ volitionis
præsupposito resultantem indifferenter dicens: itaque in
eo hætenus relati conveniunt, vt in volitione intrinseca
Dei nihil libertatis (tamen, quidquid volitionis obiecti,
tendentiaque affective in illud in Deo est claudatur)
sed tota in extrinseco affectu, & opere sit, quo libera
formaliter vltimo constituitur. Cum autem in hac liber-
tatis diuinæ in actu secundo generali constitutione duo
intercedant, & necessaria Dei volitio, & connotata ex-
trinseca creatæ ex parte vtriusque explicandi eius disere-
pant Authores.

CERTAMEN II.

*Connotantium, quoad id, quod ad decreti
constitutionem ex parte Dei sup-
ponendum, speciales modi
confutati.*

1. **Q**uo ad primum Pater Vasquez disp. 80. cap. 2.
Arrubal, & Albertin. etsi quidquid intrinsecum
volitionis, & tendentia affectiva in obiectum in Deo est,
quodque affectionem, & positionem ad extra præcedit,
solum volitionem necessariam Dei, non autem liberam
vltatenus esse fateantur: in scripturam tamen reueren-
tiores contendunt in Deo liberam volitionem in volen-
do, & tendentia affectiva ad obiectum esse, admittique
nihilominus deberet: qua ratione verò id in sua hac opi-
nione stare possit, non satis primi duo explicantur, neque
explicabile videtur. Nihilominus ab Albertino citatis lo-
cis ea redditur ratio, esse nimirum in necessaria volitio-
ne, & entitate Dei volitionem distinctiuam id est actum,
qui simul sit actus volendi, & nolendi sub distinctione,
idem adhuc obiectum; qui tamen pro illo priori non vo-
lentem, nec nolentem determinate denominet, quia non
est magis nolitio, quam volitio, seu alterutra; quov-
que Dei voluntas pro posteriori determinate per virtua-
lem quandam volitionem ad alteram illarum se appli-
cat: verum explicatio hæc implicatior est ipsa opinio-
ne, quam explicat: superflua insuper addit, atque se ip-
sis repugnantia; ni tandem in constitutionem libertatis
diuinæ volitionis per prius Deo intrinsecum conno-
tatis extrinsecis ab eius constitutione seclusis, recidat.

vel inuita & superflus quidem addere facile deprehenditur: siquidem illo actu, qui volitio, vel nolitio obiecti eiusdem sit, indifferentie status similis omnino statui indifferentie, quem habet voluntas nostra libera libertate contrarietatis in actu primo considerata, & volitio necessaria Dei, qua primario ad se fertur, atque a se ipso adæquate specificatur, pro priori ad tendentiam difunctionem, (quam solum admittis pro posteriori, ne nolitionem & volitionem eiusdem obiecti iuxta constitutionem intrinsecam aduersam coniungam, & tuo iudicio repugnantem absque intrinseca variatione Dei, & defectibilitate admittas) in tua hac sententia etiam habet: inde ergo si ne tendentia illa difunctionem intermedia immediate, & proxime poterit virtuali tua volitione determinate ad volitionem præ nolitione applicari, ac determinari.

2. Venio ad reliqua: implicat in terminis hæc explicatio. Actus quippe, qui sit in se, & entitate, ac essentia sua volitio, vel nolitio difunctionem, non minus, quam esse aliquid in se substantiam, vel accidens difunctionem, vel substantiam rationalem, vel irrationalem indeterminatam. Ratio est: quia, quicquid est, in essendo determinatum est, etsi possit esse indifferens in operando, ut in nostra voluntate patet: ac proinde difuncta non in rebus physicis, sed solum in ratione, & intentione obiecti extrinseci esse potest: secundum quia in illo actu difunctionis, qui ab æterno est, vel sola est nolitio ab æterno seclusa (vt in contrariis affectibus efficacibus necessario sit) volitione eiusdem obiecti: & solus erit actus determinatus nolitionis, vel est actus etiam volitionis: & operatur, ne actus determinatus sit, sed difunctus ex utraque: & ne tunc quidem difunctionis actus erit, sed coniunctus, ex volitione, & nolitione, quæ sibi in eo actu, & entitate Dei inuicem ab æterno sunt, & coexistunt. Tertio de ratione difuncti ex repugnantibus est vt quævis eius pars altera præsentem absit: sunt autem volitio, & nolitio efficaciæ creandi mundum repugnantes: quare utraque non solum in eundem actum, sed, nec per diuersos, cadere in eandem voluntatem potest. Quarto: si, simul sit ab æterno, vt opus est ad actus difunctionis existentiam ab æterno, & denominant utraque ante applicationem voluntatis ad alteram per virtutem illam applicationem. Quinto incidit hic modus in absurdiora his, quæ in intrinseca constitutione refigit. Nam coniungit in vnum ab æterno actus repugnantes. Sexto: volitio illa voluntatis applicatiua, & determinatiua ad volitionem determinate creandi mundum verbi gratia præ nolitione, defectibilis est de se, ac de facto plures eiusmodi deficiunt Deo erga ea, quæ non sunt creata vel creanda: vel ergo extrinseco, aliquo completatur, nec libera, qua volitio, extrinsecam Dei operationem præcedit nec erit Deus liber in volendo, & tendentia affectiua circa extrinsecam creatam agenda, vt hoc tuo modo esse contendis: sed solum erit liber in operando, quod refugis: si vero dicas eam virtutem volitionem absolute Deo defectibilem intrinsecus Deo constitui: venis in opinionem aduersam, eiusque difficultates, quam absque his expensis defendere posses.

3. Granados cit. loco à n. 19. & Hermelin. citatus præfertim c. 6. alique Recentiores apud nostrum Ruiz volitionem difunctionem aliam designant: non quidem ex actibus voluntatis contrariis, nolitionis, & volitionis in vnum entitativè difunctionem conflatis; sed in vnum, quod obiectum difunctionem habeat. Volo verbi gratia creare mundum: quod quidem, non solum complacentia simplex de possibilitate contingente mundi sit, in qua vtriusque extremi, vt possibilis complacentia clauditur; sed vtriusque sit desiderium ad vtriusque existentiam tendens difunctionem mundi videlicet, & negationis eius: quod desiderium eorum aliqui efficaci esse formaliter de vtroque difunctionem, mundo videlicet, & negatione eius aiunt; alij verò non formaliter, sed virtualiter efficaci esse admittunt: quod, vt minimum, necessarium est, vt ob eum actum ex altero difunctionem liberè velle, & ex libera volitione Dei esse cuncta, quæ sunt, & non esse, quæ absolute non sunt (vt hi defendere volunt) possint tueri: cum simplex complacentia de vtriusque extremi possibilitate, quæ ad existentiam non tendit, nec desiderium inefficax extremi alterius, satis ad alterutrum appendendum non sint. Ad-

dunt verò ad liberam volitionis complementum in ratione liberæ, ac determinate ad alterutrum ex illis extremis pertinere emanationem à Deo extrinsecam, siue creatam actionem illius extremi; quamvis hoc postremum de actione vt verbis saltem eludere argumenta generalia contra constitutionem hanc libertatis diuinæ volitionis per extrinsecam vocibus de connotato in oblique moderari, atque emollire conentur; sed, vt mittam communia contra connotatores argumenta vniuersim examinanda à certam. 2. neque hac via recentiores hoc explicare, ac defendere possent, quod intendunt (neque ex parte Dei volitionem liberam præcedere, ex qua, vt libera volitio est, creatura, cuius actio à Deo procedat) paucis ostendo.

4. Et præter superfluitatem huius actus de extremis difunctionem, siquidem, vt contra Albertinum dicebam, hoc actu de obiectis oppositis, & sibi contradicentibus adhuc manet indifferentia ad alterutrum à voluntate diuinæ oppositionem in rebus præ altero: quem eundem statum diuinæ voluntas seu volitio necessaria Dei pro priori ad Deum primum suum obiectum, & specificatum habet ante vllam eius ad creaturas extensionem pro posteriori. Secundo nulla Dei volitio necessaria efficaci vllam modo est, etiam aduersariis fatentibus: atque per eandem volitio illa de obiecto opposito difunctionem necessariam est, siquidem ad libertatem actio extrinsecam, seu connotatio quæ ante illam prioritate nature per ipsos esse ipsa nequit (ne in constitutionem libertatis per Deo intrinsecum eant) sed pro posteriori, omnino requiritur. Ergo per ipsos nullo modo efficaci est. Secundo nulla volitio necessaria potest esse determinata ad aliquam ex polita contingens; alioqui connexa esset dese cum contingenti, ac subinde non necessaria fore contingens: sed omnis voluntas efficaci est determinata ad aliquam absolute contingens (nam circa id quod de se necessarium est efficacia irrita foret) ex eius tamen voluntatis efficaci positione necessarium: ergo nulla voluntas necessaria potest esse efficaci. Tertio: nulla volitio de obiecto difunctionem secum repugnantem potest esse absolute efficaci, & esse summum, sub conditione, quod alterum extremum non adsit; alioqui esset duplici extremi repugnantis efficaci efficacia chimerica & impossibili.

5. Quinto omnis voluntas absoluta efficaci se ipsa independentem ab vteriori determinatione contingens (maxime si mediis non egeat; vel plura, ex quibus eligi possit, non adsint) necessario positura determinate est, aliquid saltem obiecti sui in rebus: atque, vt nunc dixi, nequit ponere vtrumque obiectum difunctionis, quod totum suum obiectum est; sed neque alterum determinate extremum difunctionis determinate independentem ab vteriori alia determinatione contingens: cum de se se maiorem determinationem, aut connexionem, seu relationem affectiuiam ad vnum, quam ad aliud extremum non habeat; sed æque, & indifferenter in vtrumque extremum difunctionis affectiue feratur; ergo voluntas de extremo difuncto nullatenus est efficaci. Secundo ex difuncta propositione, vel affectu de obiecto difunctionem non licet absolute inferre alterum membrum difunctionis determinate, si opposita & contingentia de se sunt; sed solum ex negatione alterius supposita, vt Logici est notum: atque ex omni voluntate absolute efficaci, licet absolute inferre suum obiectum quantumvis alias dese contingens sit: ergo nullus affectus de extremis oppositis difunctionem efficaci est absolute. Septimo, ad omnia voluntatem efficacem sequi immediate potest imperium executium: ad voluntatem autem de obiecto difunctionem qui immediate illud nequit, tantum enim hoc sequi immediate ad illam potest; fiat verbi gratia lux, vel non fiat; cui cap. 1. Genesi. aduersatur, quod nullatenus imperium executium est: sed simile huic imperio, aut legi civili, vel morali, icuna vel non icuna, audi vel non audi sacrum: quod nullquam lex, aut imperium esse potest: demum, cum expectanda sit actio extrinseca ad libertatem volitionis, & reliqua antecedentia ex parte volitionis diuinæ ad actionem illam, etiam volitio illa de extremis oppositis difunctionem, & necessaria sint, & indifferentia nec libera; nec ad extremum de facto appendendum determinata, nec libera in sua linea volitio ius appositionem præcedet (vt hæc ratione præcedere re-

centiores suadere conatur) nec indifferentiæ determinatio à voluntate, qua voluntas seu volitio formaliter est; sed tota indifferentiæ determinatio, & libertas ab actione extrinseca erit: nec Deus qua libere vult, operabitur; sed qua actius ad extra est: nec per voluntatem formaliter fit omnipotentia diuersum ab ea attributum sit.

CERTAMEN III.

*Specialis nostri Quirous modus reiectus,
& mens connotantium omnium
in re hac concluditur.*

1. Quirous citata d. 60. sect. 2. subtiliter in hoc mysterio libertatis diuine explicando laborauit: asserens duo. Primum numero 10. conclus. 1. totam volitionem liberam; etiam, qua liberam, Dei in abstracto consideratam per Deum intrinsecum omnino constitui: atque omnem Dei operationem & effectum natura præcedere, vt constituentes libertatem eius absque extrinseco connotato fatentur. Ceterum num. 13. conclus. 3. addit: in concreto, vt Deum libere volentem denominet, & constituat, aliqua actione, vel modo per ipsam ad extra posito; & productio prout egere, vt libere volens constituitur, ac denominetur: quia, vt libere volens concretè intelligatur Deus, oportet vt intelligatur habere aliquod exercitium agendi ab intrinseco, & defectibiliter, ne merè passiuè se in amando habeat; ac non libere absque vlla necessitate, etiam eiusmodi exercitium ipsa formalis volitio non fit, sed ab ea diuersa, vt patet, inquit, in Beato si ex peculiari concursu, & dispositione Dei alia actione libera in amore beatificum concurrerent: vel in infusum mihi à Deo actione necessaria, vltimus alia ego libere à me elicit influerem, & tunc vel eo amore Deum Beati & ego obiectum volitum diceretur; qui ea dilectione ipsa seculo nostro interiori in fluxu libero nullatenus illa diceretur libere diligere: cum autem actio Dei ad intra ad suum amorem, & vere antecedens (maximè defectibilis) multo ex capite repugnet oportet extrinseca Deo esse, atque ab ea intrinseca in abstracto libera causatam, & natura posteriorem. Nec obest (inquit) huius posterioritas ad volitionem in abstracto liberam à qua procedit: quidem, etiam posterior sit, vtique Deus habet: & velle, & libere agere: quod solum denominatio liberè volentis includit: nec videtur cur volitio posterior actione ad eam denominationem sufficiat, non autem actio volitione posterior: atque essentialiter vtrique libere volentis denominationem constituat. Præterea: quia idè in creatis actio contingenter elicitæ præcedere volitionem debet, vt libere volentem vtrique denominet, quia cum volitio ipsa suppositum ipsum non fit, vt voluntariè agat, ac vere volens denominetur, ac sit, necessarium est, vt per illam actionem per modum viæ tendat in volitionem, adquiratque esse volens: cum autem volitio diuina sit ipsummet suppositum, seu ipse Deus volens, absque vlla actione præcedente volitionem, actionis præcellione opus non est; sed sufficit, si ab ipsa volitione, seu Deo, vt principio, pro posteriori nature procedat.

2. Hæc pauca huius peculiaris cogitationis omnia & singula summam continent, quæ Author hic oblonga fractione multa & ingenij subtilitate, & labore in mysticis huius ad bona, & receptibilia principia, & doctrinæ philosophicas, complanationem proposuit: certe laudandus, etiam, vt reor, id non fuerit assecutus. Primum enim in volitione ipsa abstractè sumpta, quam ritè intrinsece, & absque vilo extrinseco connotato liberam facit, omnia argumenta contra adequatam libertatis diuine intrinsecam constitutionem defectibilitatis intrinsece, separatimque à volitione Dei, Deoque ipso, qui mouet, perstat, cum volitio libera efficax etiam abstractè sumpta de alterius mundi fabrica, & productione abest (eo quæ latissimè, & rigidiissime ab eodem auctore per-

pena ad connotatores abiit) æquo robore, & asserta ab ipso insolubilitate contra ipsum instaurantur. Secundo illud velle, seu volitio in abstracto sumpta identificata Deo absolutam libertatem in ratione volitionis ita sumptæ, habet per te, vt asseris, negareque non potes, nisi ad alios modos à te impugnatos accedas: ergo nullo alio extrinseco opus est, vt Deum denominet libere volentem. Probatur consequentia: quia diuina omnia attributa, & formæ ipsius metaphysicæ (vt sic loquar) nullo alio egent, quam identitate cum Deo per ipsas denominando, vt in reliquis omnibus patet: imò denominationes omnes ab eiusmodi formis attributæ sine rationis figmento non sunt: atque in huius sententia, qui obiectiuas præcisiones per rationem nostram in rei eiusdem prædicatis inductas non admittit, sola voce, & conceptu formali nostro extrinsecis abstracta viurpatio rei à concreta eiusdem acceptione differt; nihilo tamen ex parte rei obiectæ variato, aut immutato: quare quidquid in abstracto Deo est ex parte obiecti identitate adequata identificatum, & commune, verè, & scilicet nostra præcisione, vel formali, vel obiectiuâ conuenit (vt conuenire libertatem volitionis liberæ in abstracto sumptæ docet) etiam in concreto, & denominatiue ipsi conuenit. Hinc ex prædicatione de Deo, alioque prædicato diuino cuiusvis prædicati diuini abstractè, inferitur eiusdem de ipso prædicatio concretè, & contra: Deus est Sapiencia ergo sapiens: est omnipotens, ergo omnipotentia est omnipotentia, vel immensitas: ergo omnipotens vel immensus, quod verum esse non potest, si aliud præter identitatem expectandum in prædicatione diuinorum inter se foret, vt alia ab aliis denominarentur atque concretè enuntiant possent. Secus euenit in denominationibus à forma diuersa realiter à subiecto denominando, ad quam expectanda alia sapientia sunt: maximè, cum eis denominationibus importantur: quo instantiæ omnes è creatis denominationibus, hinc, inde conquistæ, euanescent.

3. Vltimus etiam in creatis vera actio physica, & productio volitionis cum indifferentia ex parte principij requiritur, vt velle libere dicatur subiectum, æquè requiritur, vt libera dicatur, & sit in abstracto ipsa volitio, quæ si in abstracto absque actione physica libera atque ex principio indifferenti orta, & vnita subiecto volitui foret, nullo alio expectato ipsum libere volens denominaret: atqui volitio diuina, per te, in abstracto sumpta libera adequatè est, ac subinde absque actione vlla reali ex indifferenti voluntate orta, ac Deo perfectissima coniunctione, & vnione (vt sic dicam) identitatis coniuncta, & identicè vnita: ergo nulla alia actione expectata Deum libere volentem denominabit. Rursus ratio veri viuens in Deo est ratio viuens solummodo intentionaliter, seu principij seipsam verè mouendi, solummodo intentionaliter, motione solummodo intentionali, absque vlla motionis, seu actionis physice mixtura, potentiam solummodo intentionalem, veram quidem, etiam nullatenus physicam supponens vt hic auctor verè docuit de potentia intellectiua Dei loquens, nosque controuersi de scientia altius fundauimus: ergo sola motione intentionali, nullatenus physica, orta intentionaliter à potentia pure intentionale actu Deus per hunc Authorem viuere, habetque suum exercitium vitale adequatè, & absolute tale, ac verè viuens actu est ac denominatur in concreto nulla physica actione prærequisita, vel expectata: ergo è sola motione intentionali suæ actuali volitione libera, orta solummodo intentionaliter à potentia vitali, intentionali solummodo, volitua indifferenti (cuiusmodi in Deo est, atque ad liberam adequatè volitionem in abstracto ab hoc Authore admissam necessario præsupponitur) nulla actione physica, vel prærequisita vel expectata libere volens absolute, & adequatè Deus erit ac denominabitur: vnde etiam disparent argumenta, quæ ex requisita actione physica ad denominationem liberè volentis in supposito creato, ad requisitam actionem physicam, vt libere volens Deus in concreto sit, ac denominetur à volitione libera intrinseca adequatè in abstracto: idè enim in supposito creato requiritur: quia in eo potentia vitalis intellectiua intentionaliter motiua diuersa realiter à potentia vitali physica ac physice actiua immutabiliter ac libere non est: cum eius per terminum creatum mouere

mouere se debeat, si se moueat, ac per terminum non creatum se mouere repugnet: nequit esse potens se intentionaliter siue naturaliter, siue libere mouere, quia potens sit se physice & actiue mouere actione à se physice orta siue identificata cum termino ad quem se mouet, siue diuersa, ac prauia ad ipsum, unde nullus constat actionem hanc requiri quidem vt vitalis & liber terminus intentionalis creatus sit, verbi gratia volitio ipsa creata libera, ac vitalis, etiam in abstracto sumpta; non autem, vt vltius suppositum volituum creatum volens in concreto constituat, ac denominet: ergo, cum per hunc autorem motio volitiua intentionalis, seu terminus intentionalis Dei volitio diuina nimirum in se & in abstracto sumpta, secundum intrinsecum vitalis, ac libera adequatè sit, nullam actionem physicam, vt vltius Deum in concreto libere volentem constituat, ac denominet, requiritur.

4. Atque, vt exemplorum, quibus actionis physice necessitatem, vt volituum in concreto libere volens denominetur, possibilitatem aut repugnantiam discutere preteream, id quod, conclusione tertia addit (quodque sua vice referebat, & ad quod probandum tot philosophicas cogitationes & discursus tam longo filo hic Author deduxit, & textit, falsissimum, nullaque probabilitatis luce, imò neque umbra excoctatum videtur. Primo: quia, vt modo dicebam, actio nullatenus in Deo ad denominationem volentis libere requiritur, etsi in creatis volitiuis ad similem denominationem requiratur. Secundo: quia, adhuc in his, requiritur vt vitalis, & libera volitio ipsa abstracte etiam, & in se sumpta sit; non vt vltius volituum creatum volens libere concrete denominet, & constituat. Tercio: quia inde constat clarissime rationem diuersitatis volitionis liberae creatae à supposito volituo per ipsam libere volens denominando in causa non esse, vt actio requiratur ipsa volitione libera anterior; & ratio identitatis volitionis liberae cum supposito diuino cur in Deo posterior volitione liberam actionem ad similem denominationem tribuendam requirit: ab hoc Autore tanquam vnica assignata; cum tamen nullatenus sufficientes, sed inanes ac nullae sint: constat enim ex motione à se necessaria ad exercitium vitale, ac liberum physicum actionem in volituo creato libero praerequiri: ac proinde ad denominationem libere se in concreto mouentis, quia alias volitio, qua vitalis, & libera, & qua eius concreti forma est, deficeret, atque eius defectu concretum, non quia illa consistente defectu actionis, tanquam vltioris conditionis, denominatio, & concretum non esset; ex parte verò Dei identitas volitionis liberae cum ipso satis non esset, ni ipsa motio intentionalis, & libera à Deo in se foret, quin ad eam, vt talem actio aliqua physica requiratur (in huius praesertim doctrina, quam de vera potentia intentionali Dei ad intellectionem prauia referebamus num. 12.) nec denominaret, quantumvis actiones aliae physicae non vitales ipsi adiungerentur. Adde: ipsum in ea ratione de identitate volitionis cum supposito increato Deo, concedere Deum volitione sola ratione huius identitatis absque vlla actione anteriori, vel posteriori, requisita denominationi, & constitui adequatè volentem: ergo per ipsam intrinsecè liberam absque vlla actione physica anteriori, vel posteriori ratione eiusdem identitatis erit, ac dicetur in concreto libere volens. Probatur consequentia: nam actio, & motio à volituo, siue physica, siue intentionalis ad libertatem volitionis, & denominationem, & consentiam libere volentis concrete non ex praedicto libertatis (quae extrinseca solum denominatio est indifferenter voluntatis à qua procedit) sed ex superiori, & generico vitalitatis, quam libera volitio essentialiter includit requiritur: atqui hoc praedicatum aequè essentialiter clauditur in volitione Dei, & nihilominus per te absque vlla actione physica ipsam antecedente, vel subsequente, & volitio est vitalis, & vitaliter volentem formaliter facit, & constituit Deum; ergo & volitio libera erit absque actione vlla, ac Deum volentem constituet formaliter, ac faciet.

5. Ex his facilem responsionem suae illi difficultati, nec vnam solum, inuenire potuisset hic Author: cur acciebat, cum vtrique ad denominationem, ac constitutio-

nem volentis libere in concreto, & actio physica, & volitio ex aequo requiratur, denominationi non obest quod volitio posterior sit; obest autem denominationi, quod actio physica sit volitione posterior: Duo enim supposita huius interrogationis sunt ferè impossibilia, & neganda. Primum requiri vquam actionem physicam ad denominationem liberam volitionis, ac subinde libere volentis vniuersim loquendo actionem physicam, ad hanc volitionem anteriorem esse opus; cum & ipse interrogans absque vlla actione physica, siue praua, siue subsequata, Dei volitionem in se, & in abstracto liberam esse defendat; nihilque vltius requirit, vt Deum, cui identificatur, concretè volentem libere faciat ac denominet ad redundantiam ostenderimus: sed actionis physice necessitate admissa (vt admitti debet in creaturis) facilitas in eis interrogationi responsio est: quia libera volitio creata, vt vitalis actus sit; quare, & vt liber, debet à volente suo volituo per ipsam actiue progredi, vel seipso si ab actione vitali realiter non differat vel si ab ea differat media actione: ab actione verò post habitam in seque editam volitionem elicitam, neque ad volitionem ipsam apponendam terminata, nequit volitio illa à volente progredi: quare neque esse eius actus vitalis, & liber, ob indeque, nec vitaliter, & libere volentem, & agentem denominationem. Hoc statuto in philosophia principio quiescat intrinseca, & ex philosophia voluntaria vel ionniana, patens quibus oppositum hic Author iuxta labore lustrare conatur (vt pleraque similia & exotica recentes scriptores plures in scholas tentant intrudere) quibus sancti omnes minor plane vtilior; & ipsi, & eorum auditorum lectoribusque labor esset principis generalibus proutrandis atque alte examinandis, & erendis, & fundandis, vbi oporteret, incumbere, quam conquirendis hinc inde, aucupandisque instantiis, & paritibus fatigationibus, nisi rationibus à priori, & principiis, quibus accutuntur attente inspectis, & penetratis, extra rem, & plurimum, ad rem verò casu aliquando, namquam vni ex scientia afferrentur; imò verò ex principio eodem est essentia actus, & actionis physice vitalis creatae, manifeste praefata Authoris huius conclusio (quam alii placitum merito non satis confidunt) restantur: equum enim sanus Philosophus; aut Theologus admittit, imò ferat non inique, actione posteriore ad volitionem meam liberam, nec ad ipsam tendente, sed ab ipsa potius orta, atque extrinseca aliud terminata, vel volitionem meam aliquatenus vitalem, & liberam mihi reddi, vel me libere ac vitaliter agentem, in linea volitui, & volentem adhuc ex parte constitui, ac vere denominari: si ergo adhuc in creata vitali volitione, & libera, atque vitaliter, & libere volentis creaturae denominatione per ipsam, in qua physice actionis necessitas admittenda necessaria est, locum ea doctrina in bona, & probabili, nec iam improbatam philosophia non habet, quo pacto in Deo, in quo ad liberam, & vitalem volitionem adequatè constituendam necessaria actio physica, hoc Autore fatentem etiam, non est locum habebit?

6. Accedit, quod in hoc modo constituendi libertatem Dei in concreto, & denominatione volentis per extrinsecam Deo actionem ortam ab adequatè libera intrinsecè volitione diuina, exterior actio libertatem intrinsecè immediatam non habet, sed solum mediatam, & mutuo à volitione ipsa intrinsecè & immediatè libera Dei, à qua necessario, & absque noua deliberatione voluntatis liberae, & determinatione eius ex iudicio indifferenti ad volendum, vel non volendum, seu volendum creare v. g. mundum: ergo Deus in primis dici absolute nequit immediate liber concretè in volendo creare mundum: quia, cui vna pars necessaria, & essentialiter requiritur ad cuiusvis generis denominationem deficit, non potest non absolute deficere eius generis denominatione; quae absque vtriusque coniuncto stare absolute nequit: atqui per te ad denominationem Dei volentis libere creatore mundum non est satis volitio intrinsecè, & adequatè libera diuina in abstracto, quae sola immediatè libera est, vt vidimus; sed requiritur essentialiter actio extrinseca, quae solum mediatè libera est: ergo per te Deus nequit absolute dici ac denominari adequatè libere volens concretè.

crete create mundum denominatione immediate liberatis, seu immediate libere volentis creare mundum. In-fero secundo: ergo Deus non est absolute liber in concreto in linea volendi creare mundum. Probat illatio ex dictis: quia, etsi volitio divina intrinsece libera in abstracto sit ex iudicio indifferenti, & diuine voluntatis indifferenti potestate; est actio extrinseca vterioris, & posterior creationis mundi orta necessario ab illa ex iudicio indifferenti, & potestate voluntatis vteriori ad volendum vel nolendum creationem mundi, non est tunc ex potestate actiua & determinata volitionis intrinsece libera diuine: ergo quod vterioris hanc de suo ponit essentialiter, & necessarium per te ad denominationem adequatam, & absolute talem. Dei libere volentis concretè lineæ volitiuæ non est, sed actiua, & efficientis physice, & effectus exercitium volitionis intrinsece Dei libere quidem in linea volitionis, seu volitui, quia in obiectum indifferenter propositum tendere, & non tendere potest, supponit: quare absoluta denominatio Dei libere volentis concretè mundum creare, in linea volitiua, & volendi non est: cum pars constitutiui essentialiter, & ex æquo in huius sententia absolutum libere volentis concretè creare mundum lineæ volitiuæ formaliter non sit, sed solum causaliter: formaliter vero lineæ solummodo, & potestatis physice actiua: quemadmodum, etsi nostra deambulatione, aut operatio quævis alia ultra operationem volitiuam ab ipsa imperata sit, & causaliter actiua, ac subinde ad voluntatem tandem procedat, tamen illam nemo operationem, & exercitium formaliter ad lineam volitionis spectans esse admittit: sed solum ad exercitium physice actiua potestatis: quare si ea quis diceret inadæquate adhuc consilium formaliter in ratione, & denominatione absolute libere volentium concretè, nos, tales adæquate, & absolute in linea volitiui non constitui diceret: vel certe non audiretur.

7. Concludo ergo (plura calami radio omittens) hunc Authorem in communem connotatorum & constituentium partem per extrinsecam creatam (neque enim aliquis eorum volitionem Deo intrinsecam a decreti liberi Dei, seu ipsius libere volentis constitutione, & denominatione fecit) foueam: quam in eis horrebat, incidisse: atque admittere vel inuitè debere, Deum potestatem actiuitatis physice agendi ad extra in ratione libere absolute volentis in concreto creare mundum constitui: in quo cordatus connotatorum reliquit libertatem, siue volitionis libere, siue Dei volentis in libere ad Deo orto extrinseco ex indifferente potestate, quam hic in extrinseco necessario ad actiuitatem volitionis Dei ponit, nempe a forma in se non libera, a nouo Philo sophiz miraculo concretum liberum constitutus: quæ verò ab eis discordat liberam volitionem Dei in abstracto omnino intrinsece constitutam admittens, argumentis omnibus contra constitutionem libertatis diuine, siue abstracte, siue concretè sumptæ, ipsius iudicio in solubilibus, æque est obnoxius, vt vidimus item specialibusque hæc tunc contra ipsam delinimus, & reliquos connotatores non tangunt: illud tamen denique contra hunc Authorem & modum omittit ab autoritate non possum loca omnia scripturæ, quibus ipse probat d. 59. sect. 1. n. 1. & d. 3. n. 1. & 16. Dei volitionem intrinsece propositis liberam præcedere, assignarique catholicè debere pro priori ad omnem creatam Dei operationem & effectum, qui ab illa vi causa ad extra proueniunt de præcedentia volitionis Dei non abstracte, sed concretè sumptæ, siue Dei libere volentis, expresse 1. Corinth. 12. diuidi spiritus prout vult ad Rom. 9. cuius vult miseretur (donatione gratiæ auxiliantis efficacis) & quem vult inducere. ad Eph. 1. legit nos in ipso ante mundi constitutionem, Ioan. 5. quæ vult viuificare. Psal. 134. Omnia quæcumque voluit fecit. Esther. 13. Non est, qui sua posse resistere voluntati, si deus iuris saluare: quæ de antecedentia Dei concretè volentis necessaria ad opera ad extra, siue ad se libere concretè extrinsecus operationem terminis, vt aint, ipsi sententiæ scripturæ sunt. Manet ergo ab auctoritatibus, & rationibus monstratum, speciale hunc modum, sicuti, & reliquos, hæc tunc impugnat, connotatorum nullatenus sententiam Aureoli iam subiiciendam emollire, sed aliis de durialculis difficultatibus inferre: verumque omnino esse, quod de connotatoribus cunctis quantumuis vocibus ludant censuit Ruiz de Montoia noster Deo, cuiusque voluntati illorum non tribuere determinationem illam, absolute talem intrinsecam, seu propriam in linea volendi: sed solum

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus II.

in linea agendi: non secus, ac si ignis physice solum actiua agens potestatem, & actiuitatem physicam ad comburendam, vel non comburendam stupam ipsi applicatam haberet sola physica actione determinaretur, quæ eam combureret, quod ipsum de eis omnibus censet Attaga d. 28. sect. 1. subsect. 1. n. 3. vt in secunda. n. 1. & toto n. 4. & quamuis de eis loquantur, qui solum volitionem necessariam in Deo operationem eius ad extra præcedere defenderant: quia nondum Quirios suam hanc sententiam typis euulgarat: tamen, vt dixi, in eorum sententiam, quoad rem hanc, tandem relabitur.

8. Igitur Aureoli ad purum hac in re sententia fuit, quam nunc proxime referebamus, non ideo Deum creaturas libere velle, ac producere, quia liber ad eas siue inefficaciter, volendas sit: sed quia liber est, & nec vnde necessitatus ad creaturas producendas, sed potens potius etiam illas non producere cum producit, & potens producere cum non producit: sic enim citat. §. ex premissis ait. Deitas induit rationem voluntarij (liberi) ex illo connotato, quod est habere omnem actum exteriorum in sua potestate, nempe sicut voluntas nostra omnes actus interiores suos in sua potestate habet. Vnde inferius addit: quidquid Deus extra producit voluntarie producere, non actum desiderij, vel volitionis: sed quia producit cum quadam denominatione & potestate: atque ignis potentis physice ignire vel non ignire, exemplo rem explicat: quare incallum Quirios ad suam sententiam illum trahere conatur: est enim volitium imò voluntarium non proprie liberum ad hanc Dei potestatem, & dominium physicum agendi, vel non agendi ad extra non excludat, sed potius supponat, ac prouide volitionem Dei necessariam, vt Valquez, eiusque discipuli interpretantur: aut liberam volitionem Dei, seu desiderium expresse excludit: quæ si admitteret in Deo ad operationes ad extra, sicuti in nobis ad nostræ potestatis opera præcedunt, ad physica solum potestatem, & dominium agendi, vel non agendi ad extra non recurreret, vt liberas eas Deo probaret: cum ex libera volitione, & desiderio Dei à quo procedere reco, nosceret satis liberas Deo esse videlicet, & nobis quæcumque ex libero desiderio, & volitione ad extra prouident, libere à nobis citra dubium sunt, & proueniunt.

9. Aureoli ergo mens (quam affertur, secutusque primus noster Valq. fuit, atque Herize explicatus adhuc, & fusius explicatam amplexatus est, ac nobis dedit totis capitibus 10. & 12. hac iure est, ad operationes ad extra Dei voluntatem eiusque volitionem præcedere, nulloquam se in linea sua voluntatis, seu volitiui per volitionem intrinsecam liberam determinantis ad creaturas desiderandas, siue inefficaciter, & subinde producendas, sed volitione necessaria Dei, quæ omniamor, & Dei, & possibile omnium est physicam illi potestatem physice indifferentem in actu primo proximo fieri, vt absque ulla vteriori motionum, & scientiæ indifferenter obiecta proponens voluntati diuinæ, consultatione, ac deliberatione, ac determinatione affectiua voluntatis Dei in obiectum physice ad extra agat, vel non agat: non secus ac si igni physica nullatenus affectiua potestas indifferens ad comburendam stupam applicatam adesset. Neque enim indifferencia potestatis ad agendum, & non agendum essentialiter lineæ volitiuæ & affectiua: è concepta suo esse aiunt, etsi in ea inueniuntur, sed conceptus potestatis indifferens agendi vel non agendi superior qui in actiua affectiua potestate voluntatis, tanquam inferiori specie potestatis actiua indifferens inuenitur: quin ideo ab aliis, non affectiua tamen, indifferenter actiua physice potestatis nequeat reperiri: imò eam indifferenter potestatem voluntati, non qua volitiua, & affectiua, sed præcise qua actiua physice est concepit, etiam iniquum, volitiua voluntas est, non sine receptione volitionis in ipsa, quæ si abesset, volens minime foret: tamen receptiua potestas, ne partialiter quidem potestatis indifferenciam constituit. Tota ergo potestatis indifferencia in linea potestatis physice actiua, adhuc in voluntate adæquate est: quin potestas passiva recipiendi volitionem, absque qua volitiua non foret, adhuc inadæquate indifferenciam potestatis ingreditur, vt & xi. Hæc igitur connotatorum mens est ex parte volitionis Dei ad omne opus & operationem ad extra præsuppositæ ex parte Dei, vt libera in Deo ad operationes Dei ad extra, nec Deus absolute libere volens ad illas, siue ad se vt ad extra operantem, non supponatur, nec sit, esseque possit: sed solum operatione ipsa libera

libera, quam tamen necessaria simpliciter complacentia, seu inefficaci desiderio prævoluit, libere physice operans constituitur: ac inde libertatis denominationem, siue volitio ipsa diuina, siue per ipsam Deus volens creaturas, extrinsecus, sociatur.

CERTAMEN IV.

Varij eorundem connotantium modi
quoad specialia connotata resutati.

1. **I**am in connotatis extrinsecis ad huiusmodi libertatem extrinsecam diuine volitionis constituendam necessariis non eadem connotatorum mens omnino fuit. Alij enim vt Aureolus, Vasquez eiusque affectus proximiores, an connotatum illud extrinsecum libertatis diuinae, siue in operando, siue extrinsecus in volendo operatio, an effectus ad extra à Deo positis, nec suam doctrinam alteri eorum alligasse: quia vtrumvis, vel vtrumque ex fine, vel motiuo ab operante intellectuali libere præstituto physice operationis entitatem variari, nemini adhuc Philosophorum, aut Theologorum venerat in mentem: cum autem Arrubal primus, & postea Herize viderent pro liberorum decretorum Dei diuersitate diuersa extrinseca connotata in sua connotantium sententia assignari debere: posseque Deum de eodem opere ad extra à se faciendo diuersa decreta libera concipere, vel ex diuersitate motiui (v.g. precum sibi pro eo præstando ab hominibus vel Angelis futurum, aut meritum ad premium aliquod ab ipso obtinendum) vel ex diuersitate finis ad idem opus decrendum pro suo libito præstitit: ac tandem desiderio inefficaci tamen serio Dei de hominum salute ex quocunque fine, aut motiuo sit, concepto de facto, atque innumeris aliis inefficacibus, quæ Deus de re quauis ex variis finibus potest habere effectibus nullatenus variatis sed eisdem (v.g. in homine, equo, aut gratia habituali ex quocunque fine à Deo fiant) istud diuersorum connotatorum copiam non esse, vt singula singulis pene infinitis decretis, & desiderijs de opere & effectu eodem liberis Dei possibilibus imò nec habitis de facto à Deo constituendis designarent: operationes Dei ad extra, effectus reiectis, ad connotata extrinseca libertatis volitionum diuinarum solummodo vocarunt. Rati minore Philosophiæ, & sensum offensio- ne posse nouum, & exoticum dogma in operationibus, quam in effectibus induci, forte, quia rationali agenti, libereque & affectu ex hoc, vel illo motiuo, vel ex hoc, aut illo fine operanti, operationes, quam effectus videbant viciniore: & quæ subinde affectuum conditiones, qui ex motiuorum, & finium diuersitate essentias, & naturas diuersas trahunt, propinquitatis maioris titulo facilius, citiusque trahere possent.

2. Docent igitur physicas vniuersim operationes extrinsecas pro finis ab agente libero in eis exercendis præstituto physice, & in essentia, & natura sua diuersificari: quod ipsum de motiuo ex quo exercentur dictum ab eis puta est motiuum non meminerit, cum hanc difficultatem in sua sententia insolubilem meditabatur: & hac quidem Philosophia plerumque sensibiles (vt non omnes) difficultates ex parte diuersitatis connotatorum quiescere videntur. Eam suadere conantur: quia omnis operatio, etiam extrinseca agentis rationalis, & liberi, non minus propter finem, & aliquando ex motiuo oblato, quam à principio actiuo, exercitum actuale natura sua est: ergo æque essentia sua, & natura est respectu finis, cuius exercitum æque de se est: atqui variato quouis termino cuiusvis essentia sua respectui, & hoc variati in natura, & essentia sua necesse est: ergo variato fine cuiusvis, etiam extrinsece, operationis agentis liberi variatur essentia, & natura operationis illius: confirmatur: quia variato principio actiuo operationis, omnium sententia, variatur extrinseca etiam operatio: eo solum, ac non alio, quod illius exercitum actuale, ac subinde natura, & essentia sua connexa cum illo est: est autem etiam exercitum actuale finis, ac

subinde illi etiam essentia sua connexum: ergo, & eo cuius variato variabitur verum doctrina hæc ne a sensibus quidem, nedum à ratione admittitur: insensur enim primo prefus meos, & deambulationem: vt sole suam diuersam reple esse solum ex eo quod visendi præstiti aut attenuandi humoris gratia eodem impulsu, mensura, tunc fecisse: item si eam Matritum, vel Tolenim versus exerceam, vt ibi necam, vel eodem visibili cursu eodem versus, vt vltimus tantillum progrediar: item extractionem aquæ à fœcula ex puteo diuersam esse, si eam ad rigandam domum, vel mulum adaquantum, vel ad lauandum suillum ventrem, & facienda fœcina extrahat.

3. Et in Dei operationibus ad extra, infusione gratie eiusdem intra, vel extra sacramentum ex contritione, nec solum ex attritione: pluita immisione ob preces ad plurimum, vel paucorum imo huiusmodi potius, vel alterius actiones in essentia variari, nec solum individualiter, sed specificè incredibilia sunt: atque item incarnationem illi occasione peccati Adami, sed vel alterius, vel nullius, ac non ex fine reparationis nostræ fuisse, sed ex alio, ac nullis Patrum veterum præcibus congruente meritis, diuersa procul dubio ab his doctoribus in natura, & essentia sua asseri debet. Tam ratio qua hi doctores ducunt est, infusum operatione enim agentis libere ex electis, & libertate operanti eo solummodo respectus ad finem cõpetit, quo cõpetit voluntarium, & libertas, atque esse ex electione rationalis agentis libere sibi finem præstuentis, & ex hac occasione vel motiuo decrendis: ex autem extrinsece, solum operationi externe agentis rationalis, & liberi conueniunt: quare non se ipsis immediate, & primario finem respiciunt intrinsece, sed solum per extrinsecam denominationem, & secundario ratione præconcepti ab agente libero decreti quo ipsas operantur: & præter communem huius doctrinæ Philosophorum, & Theologorum consensum, sit ratio à priori quæ immediatus, & intrinsecus finem, & motiuum respectus eius solius operationis esse potest cuius immediata potentia, & principium proximum ex cognitione finis, & motui moueri intentionaliter ac factibile operari à se ipso ob hunc, vel illum finem seu motiuum valet: id autem non habet potentia, & principium proximum operationis externe, alteriusque potentia, aut principium proximum, quod voluntas non sicutque sola cognitione finis, at motui duci potest: ergo sola operatio immediata à voluntate, seu à principio volitui proxime oriunda, nempe volitio potest immediate, & proxime finem se ipsa, & essentia sua, aut motiuum respicere, ipsique subinde de se se connecti: non autem operationes externe proxime ab illa potentia voluntatis imperio subditis oriunde. Quod si vincitatis iure operationes ex volitionibus à quibus præueniunt, & operantur conditionem respiciendi finem, & motiuum, quæ ex contactu, & contagio eibunt, & trahunt in effectus etiam suos, quos se ipsis contingunt, eam iam suam respiciendi se ipsis finem eodem contagio tradunt, atque ridiculè in eos etiam serpet malum.

4. Herize hanc rationem persentitens, & in diuersitate incarnationis, infusionis gratiæ, & reiquarum operationum Dei ad extra, siue nature, siue gratiæ absurditatem volens detergere aut dissimulari, eas quidem se ipsis, & extrinsece finem, & motiuum non respicere, esse nature, & essentia sua connecti negat: ex respectu autem essentialem quem ad suum proximum principium habent, æque immediatè, & strictè, nec laxius, aut mediatis quam ad terminum inferri ex variatione finis ac motui externam Dei operationem esse tandem variandam: siquidem proximum earum principium ex cuiusvis illarum variatione, ac diuersitate diuersum est: etenim Incarnatio, & exercitia de facto est à Deo ex occasione peccati, atque ad eam delendam reparandum, ac redimendum hominem exerceat, ac ponitur, oritur à voluntate necessaria Dei, quæ, & peccatum odit, & hominem amat salutem: si autem, vt absolute potuit, ex alia occasione, & sine à Deo Incarnatio potuerit ab eadem re ipsa voluntate necessaria Dei sub alia ratione, qua alterius finis amor est productus, ac subinde à diuerso proximo sui principio Impugnatur Arrubal ad hominem quia iam admittenda erit ab Herize distinctio virtualis in diuinis ultra ea, quæ fides exigit: vt minimum non solum in productionibus ad intra, sed etiam in productionibus Dei ad extra de eadem voluntate Dei necessaria predicata contradictoria abique contradictione verum eueniret.

enuntietur: ut principium esse, ac producere incarnationem, quia amor salutis hominum est; non autem producere illam, quia amor gloriae suae, vel alterius est: extendere autem distinctionem virtutem ultra ea, quae fides exigit, nempe ultra productiones ad intra, multo stomacho cautum Doctoribus Catholicis Herize voluit. Nihil autem (dicere hic posset) ab eisdem ad hominem, quam de ipsa praedicat Arriaga, distat impugnatio: siquidem ea denominationes extrinsecas sunt, nec Deo identificate, sicut neque operatio extrinseca, neque eius negatio: solumque denotant titulum, ob quem eadem voluntas necessaria Dei extrinsecus operetur: ad quod in opinione iam communiori, ac (mihi certa) de reali identitate adequata potentiarum cum anima, explicari, & confirmari potest: siquidem intellectio ab anima tota, & eadem realiter oritur, quia intellectus, seu intellectus est; tamen non qua voluntas: volitio ab eadem tota, quia voluntas, seu volitio est, non qua intellectus; & tamen, est titulus, & rationes formales, non autem realiter diversae in eadem anima designantur, cur earum operationum principium sit, tamen eo solum diversae operationes proveniunt.

6. Ceterum operationes istae ab eadem realiter anima in hac opinione profectae, non idcirco diversae sunt, quia formaliter solum potentiae in illa distinguuntur: nam respectus, & connexio essentialis operationis cum suo principio realis, & physica est; quare nullatenus praecisa formalitatem in suo principio: ac proinde, cum idemmet priorius principium reipsum utraque habet, nequit ex diversitate principii realem trahere diversitatem sed aliam. Quod si quis hac philosophia diversitatis actionum ex diversitate finis, aut motui in formale principium actionum operationum ad extra diversitatem refundens trahatur, caueat, ne omnipotentiam à voluntate seu volitione divina formaliter distingui defendat: nam tunc omnipotentia principium proximum actionum formale omnium operationum ad extra erit, voluntas vero, seu volitio necessaria remotionum: & diversitas eius ad diversitatem operationum ratio non habebit à Philosophia. Omnipotentia vero, quae proximum principium adequatum ex parte Dei in ea opinione est conceptu suo indivisibili omnium creaturarum, & operationum ad extra possibilibus potentia & principium est ex generali principio à nobis statuto pro omnibus, & singulis attributis generis, & lineae cuilibet controuersi, de essentia, & attributis, quare non una sui formalitate vnam exercet actionem, atque alia aliam, sed eadem prorsus formalitate, adhuc metaphysice inflexibili: ac proinde nulla ex parte principii operationum, ex quoqueque fine aut motui à Deo ad extra exercentur, esse potest, adhuc apparens diversitas, & quoniam Herize omnipotentiam cum voluntate, seu volitione necessaria identificat atque adeo hoc principium proximum operationum ad extra in Deo sit; at est conceptu suo indivisibili formali metaphysico omnino est, necessarius Dei amor iuxta illud ipsum principium; quin partialibus amoribus huius extrinseci obiecti, & alterius obiecti omnium amor fiat, siue in omniamento consistat, ut controuersi praesenti sepe moustrauit: ac proinde ex eadem formalitate amoris necessarii Dei tanquam à principio proximo, etiam in hac opinione, operationes ad extra proveniunt. Posset in hac opinione de identitate formali omnipotentiae cum volitione, seu voluntate divina diversitas actionum ad extra ex diversitate principiorum diversitatem quidem ex fine vel motui defendi, quia decreta libera, quibus mediis voluntatis diuinae potestates actiua ad operandum applicatur motui diversitatem sunt diversa, & operationum ad extra proxima principia, verum cum in Herize, & connotantium affectionum actionibus ad extra libera constituantur erit eadem actiones esse diversas, quia à decretis liberis diversis oriuntur, & haec libera & diversa esse, quia actiones diuersae vitio manifeste circulo: quem non vitaret Quirós: cum tamen ad extrinsecas actiones pro adequato contrahitatio liberis volentis in concreto quod ipsum est defectibilis, & libera volitio in abstracto, est veritas huiusmodi ut vidimus.

6. Mayron in 1. dist. 3. question. 1. art. 4. Arriaga, disp. 45. question. vn. Salazar de concep. cap. 24. Christoph. de Ortega, de Deo vno. Tomus 11.

sect. 3. num. 47. Henrique de Villegas controu. 10. c. 3. & 4. connotata haec extrinseca decreti liberi Dei cum necessaria eius volitione constituta entia quaedam, non quidem realia, seu actionum siue effectuum physicorum ad extra à Deo positorum, nec rationis pura signum, sed media inter realia, & rationis entia esse docent: quod entium inter medium genus obiectum, & intentionale esse à Mayrone, & Villegas appellatur à Salazar ens morale: ab Arimino ens complexum, sed non in complexu significabile per Verbum est de praesenti, sed per alia infiniti modi, uti velles, cognoscere, respicere: quibus verbis, & similibus, ac modis, non quidem esse simpliciter, & absolute, sed aliquoties esse significatur: cum autem entia proprie realia non sunt, neque absolute à Deo creata, possunt ab aeterno suo medio illo modo essendi absque scripturae, & fidei creata omnia ex tempore capisse decentis reclamatione constitui: quare, & Dei decreta libera ab aeterno consistere, nullaque intra Deum, extra quem entia haec media sunt, defectibilis decreti liberi, quod habet, nullaque decreti, quod non habet, erit, istud entium vere talium, quae nec signum pura fiat, nec physica entia medium genus malorum Philosophorum, & Theologorum, qui nec difficultatum solutiones assequi possunt, & fors, nec difficultates ipsas percipere, asylum est: cum enim extra totam naturam entium realium atque omnem figmentorum cumulum, nec rationis nec naturae ditionibus subiacent; ac proinde nullius diuinitatis entia videntur, quae nec rationis purae nec naturae legibus ad quas solos Philosophia & Theologia censet) possunt iudicari. Porro eius generis entium Valquium nostrum eius affectus nonnulli, in re Theologica eiusque doctrina hebetiores, Patronum clamant, sicuti & alterius doctrinae huic fere affinis de consistentia extrinsecarum denominationum in puro figmento rationis quam supra memorauimus; cum neutrum illi venerit in mentem, ut de extremo hoc diximus, & legenti illum in locis, quae citant, ut eius auctoritate se, ac suam inflexibilem protegant, constabit de utroque, ceterum, si ad componendas difficultates ex his, quae vere, ac sine figmento esse nouimus, atque experimur, hoc entium mediorum genere uti liceat, & entia realia ad disputationes, & disputationes ab Scholis, & Philosophia subinde ac Theologia tota, erunt ab humanis mentibus ablegandae, siquidem eo solo difficultates omnes cessabunt. Nec amplius contra hunc modum, ne Scholam Theologicam leuionachiam faciamus.

7. Nec minus phantastica, & cum puris vmbis ridicula pugna erit cum aliis connotatoribus relatis praefato nomine à Quirós d. 60. sect. 1. numer. 5. qui docent omnem actum posituum nolitionis, seu volitionis diuinae de obiecto eodem extrinseco carentis, siue negationibus puris constitui, non quidem operationis externae, verbi gratia creationis mundi, ne ad constitutionem volitionis liberae eius creationis ad posituum operationem, vel effectum, vel externam in rebus mutationem recurratur (quod fugiunt) sed intrinsece: quia tales sunt in Deo, ut virtualiter carentia nolitionis hanc à Deo excludat, ut cum necessitate essendi, & aeternitate identificata excluderet sicuti essentia diuina filiationem realiter formaliter produceret, ut ita ipsi identificaretur; quare & solum virtualiter illam producit: id quod reicit Quirós: quia defectus iste, & virtualis destructio realis, & verus esse nequit rei in essendo realiter necessario persistentis. Secundo quia non vera realis carentia, uti nolitionis est, cum aliquid libere non vult. Nec percipi potest vera carentia, quae contradictorio sui coexistat semper, eis tamen suppetias fert Quirós n. 6. & 7. estis tandem à medio numeri diffidat. At ergo carentias plures rei eiusdem dari in vno subiecto: sicuti exclusioni gratiae per vnum peccatum, adiungi alia potest, per peccatum aliud, & per carentiam aliam, quae negatio sit, cum ergo repugnet in Deo nolito quispianve alius affectus liber ab eo defectibilis, & identificabilis adequatus cum adest, sit, ut in eo omnis liberi affectus carentia necessaria sit: sicuti, & in homine essendi aequum, vel chimera carentia est necessaria, quae secundum se omnem affectum posituum liberum à Deo remoueat: insuper cum pro suo beneplacito, & libito de se supra eam carentiam aliam contingentem specialis affectus determinati puta volitionis creandi mundum, vel nolitionis

K 2 illi

E. GA
dani
IIa.

illum creandi, addere possit, libere apponit carentiam aliam specialiter, & determinate contradicentem volitioni creationis, necessaria illi communiter volitionem, & volitionem liberam simul excludenti adiungit, qua satis absque villa in rebus mutatione extrinseca, volitio libera, ac Deus libere volens mundum creare adequatè constituitur. Ab hac constitutione sic explicata, & aucta sibi verisimili, discedit tandem Quiros, quia carentia solum est non esse forma seu volitum cui contradicitur, & totalis amotio: quare eas absque villa in rebus variatione positionum multiplicare pura vocum illusio est: & inutilia censet: cum reliquis superuenientibus carentis lepidum illud Martialis ad edentatam duabus tussibus vetulam aptissimè congruat.

Item secuta potes totis tussire diebus.

Nil tibi, quod agas, tertia tussis habet.

8. Ceterum quia, ni hac ratio obstat, videtur, & hæc cogitatio ipsi arrisura, neve aliis in somnium hoc totum otiosi, & futillis ingenij machinamentum, post hac arri-deat: essi cum vmbis inanibus pugnemus, plura alia in chimerico hoc discursu ostendenda breui sunt, ob quæ non, deliro Theologo debeat displicere: & imprimis connotata ad conciliandam libertatem, & defectibilitatē diuinæ volitionis absque volitionis necessaria, ac subinde ipsius Dei defectibilitatē vtiliter ab eis solum inquiruntur, qui per intrinsecum Deo nec Dei volitionem liberam in abstracto, nec Deum in concreto liberè volentem adequatè constituunt: si enim adequatè Volitio libera, & Deus libere volens per Deo prorsus intrinseca constituitur inaniter quidquam aliud præter volitiones positiones ipsas ad eorum libertatem adequatè constituendum quaritur: cum illæ ex intrinseco respectu & ad finem, & ad motuum ob quæ à Deo concipiuntur, diuerse inter se sint, & diversum libertatis diuinæ exercitium constituunt: ergo otiosè intrinseca Deo carentia illa, ac diuerse ad constitutionem, & complementum libertatis diuinæ excogitantur, ut eam per intrinsecum prorsus Deo adequatè constituant, atque diuersa libertatis diuinæ exercitia subsistant, & notentur: ut autem per extrinseca Deo cuiusmodi exercitia libera Dei constituantur, atque distinguantur carentiæ affectuum positionum intrinseca Deo non nisi repugnante, & chimerice vocantur, ac venient. Secundo carentia illa, quæ partim libertatem actus positionum cum ipsis compatibilis constituunt debent esse ob finem, seu motuum aduersum illis actibus seu affectibus, & ipsis, & aliis affectibus, quos carentia constituit, aduersis: vel ergo carentia illa, finis, & motiva illa aduersa se ipsis immediatè respiciunt, vel mediate ratione affectuum sibi amicorum, quos inadæquate constituunt, & complent. Si postremum hoc: ergo ante ipsas affectus hi positiones sunt adequatè constituti, & quæ respicit Deus libere hunc determinatè finem, & motuum, ex quibus obiectum amat: cum posset ex diuersis aliis finibus, & motu: quare sero carentia illa ad huius amoris liberi constitutionem venit.

9. Si autem se ipsa carentia hæc immediatè fines, & motiva actui ipsi contra: dicenti respicit, & inde mediatè amicus ipsi actus, quem per ipsam constituit in ratione liberi ais, (Præterquam quod intrinsecus carentia illius respectus, qui positionum quid est, carentia illi, quæ tota carentia est, identificari nequit, solumque extrinsecus ex parte principij, seu cogitationis à contradictorio carentia actui voluntatem ex eo fine, & motivo retrahentis se posse tenere fatendum est) fiet primo primariam voluntatis diuinæ libertatem circa carentiam illam exerceri: cum carentia illa primario libera sit, atque libertate actus, quam, saltem ut pars, constituit natura anterior: quemadmodum pars omnis prius natura in se est toto, quod constituit, unde rursus contra Recentiores hosce & Quiros dabitur in voluntate diuinæ contradictionis pura formalis, & immediata libertas, nec solum, quæ ex impossibilitate actui oppositorum, & contrarietatis ab eis sola admittitur: quatenus ex vniu. libera immediate appositione ratione impossibilitatis cum contrario actu, huius carentia secundario in Dei inducitur voluntatem: fit secundo: nullam prorsus in Deo libertatem contrarietatis formalem admitti posse: siquidem carentia hac, quæ pars essentialis actum positionum liberum sibi amicum constituit cum

necessaria Dei volitione est, ubi primum est, absque alio libertatis diuinæ exercitio, aff. cum liberum sibi amicum constituit. Tercio: quod supponitur supra carentiam necessariam identitatis adequatè chimericæ actus cuiusvis diuini liberi ac defectibilis, adequatè etiam identitabilis cum Deo quando cumque liber actus fuerit omnem actum positionum liberum à Deo æque excludentis, ad id posse aliam carentiam identitatis specialiter oppositam excludentem à Deo actum contrarium liberum oppositam huic, quem constituit, præter rationem Quiros datam ob altiore aliam posset ipsi magis adhuc displicere: quæ enim chimæra est sui, & à se non esse idcirco ipsa est necessaria sui à rebus carentia, atque remotio ab eis, non secus, ac Deus quia à se est, est se ipso necessarium suum actus esse sue existere, ergo, sicut Deo inde repugnat, esse se existere, non solum ex indigentia, sed etiam ex supererogatione: ita etiam chimæram, quæ se ipsa, & à se carentia, & remotio sui ipsius est, supererogatoria adhuc carentia alia non esse, seu remoueri à rebus repugnante. Dique (ut plura otiosè non scribam) ex impossibilitate identitatis actus cuiusvis liberi, & defectibilis adeque cum Deo, in qua carentiam illam necessariam constituunt, inferitur euidenter impossibilitas huius affectus liberi per intrinsecum Dei, siue positionum, siue carentiam intra Deum tamen, quo adequatè constituitur: siquidem tam liber adequatè, & absolute actus, & defectibilis Deo cuiusque necessario esse identificabitur: quo somniata hæc machina in terminis apprehenditur repugnans.

CERTAMEN V.

Libertatem volitionis diuinæ adequatè per Deo intrinseca constitui, ac se adequatè constitutam omnem Dei ad extrâ operationem præcedere aueritate probatur.

1. Hanc conclusionem reliquis vetustis Theologis præter Aureolum Oxanum, & Nominales clas, paucos alios inter connotatos numeratos nobis certam. 1. communem existimo: ex non adeo antiquis cam docent Caietan. 1. p. q. 19. a. 2. & 3. ac 1. p. q. 1. a. 2. Fonseca tom. 3. met. lib. 7. c. 8. q. 1. sect. 4. & 5. Soar. 1. p. d. 5. sect. 1. diff. 1. & 3. & 1. p. lib. 3. de attributis c. 6. & in opus. lib. 1. de prædict. futur. c. 6. n. 5. & lib. 1. c. 7. n. 1. d. 30. metaph. sect. 9. Aluar. 7. de auxil. num. 3. ad 10. Sales tom. 1. in 1. 2. q. 6. & d. 1. sect. 8. §. 4. Viadingo d. 1. de incarnat. Martinon tom. 1. in 3. p. d. 1. q. 1. sect. 4. §. 2. 9. Amos. Perez Valiente de voluntate Dei d. 3. cap. 2. Ribade. neyra & reliqui recentiores. & quidem Soar, dum eam sentent. explicat. num. 35. ad connotantium sententiam maxime impugnati nostro Quiros videtur accedere. Nimirum est. tam eum, quam alios Doctores plures tanto rationum contra utramque sententiam pondere dum variis rationes premunt in alteram visos esse inclinare: quæ nec mirandum est à nobis hic, & ab aliis scriptoribus referti pro hac sententia aliquot ex citatis pro aduersa connotantium uti Albert. citatus, princip. 4. Philosoph. coroll. 4. q. 4. n. 4. coroll. 2. q. 1. assert. 4. n. 10. & princ. 6. Philosoph. coroll. 2. q. 2. Theolog. a. nu. 18. Valent. 1. p. quæst. 19. quæst. 7. & 4. post. 2. conclus. Nauar. 1. p. tom. 2. conuener. 1. probationibus conclusionibus. 4. & 5. & solut. ad 2. carentia 3. p. tom. 2. disp. 13. §. 5. a. numer. 54. & si res postremi pro constitutione libertatis huius per relationem rationis recenseantur, sicuti & Thomistæ plures referuntur, hoc etiam sensu non inuiri explicandi: quantum nil reale volitioni libera Dei, quam ab æterno, & causam creaturarum, & maiorum bonorum in vniu. quam in aliis fatentur: sed solum ratione, & nostro conceptu modo supra intrinsecam necessariam Dei volitionem superaddi. Hanc etiam sententiam supponit Argenti. na in prima disp. 40. & disp. 48. articulo primo &ultima. cius disput. 38. d. 2. fine: expresse vero eam doctrinam Cathol.

Carthul. in 3. d. 32. q. vi. fin. Arim. in 1. d. 4. q. vi. post conclusionem 7. Machius. 1. p. d. 42. scilicet 3. Carlet. ex 2. ou. 7. in cap. 4. Sap. att. 3. a. num. 106. Zumei. tom. 1. variat. post conclusionem 3. Ruiz de Montoya totis disputationibus. in 12. latissime maxime d. 11. de 3. n. 5. conclus. vi. d. 12. scilicet 2. numero secundo. conclusionem vnicam: eam vero sententiam duplici ex parte in quibus connotatores aberrarunt, probabimus.

1. Et primum ex parte volitionis, quæ debet in Deo precedere omnem, & quemlibet effectum aut operationem Dei ad extra debere esse volitionem intrinsecus determinatam eius effectus, seu operationis præ eius carentia seu effectu, aut operatione contraria: probatur ex scriptura Iai. 53. Dominus voluit conterere cum iniquitate. Dan. 11. & que ad tempus præposita, & infra in tempore præposita præstabitur adversus eum Rex auster. Ezechiel. 2. vident dies in tempore iniquitatis præstita. Luc. 22. filius hominis secundum quod definitum est, vadit. Act. 2. Huc definitio confilio, & præsentia Dei traditum, &c. cap. 4. Conterunt Herodes, & Pilatus, &c. facere quæ volunt. & confilium tuum decreverunt fieri: atque conuerse Plalm. 134. Omnia diuinitus voluit fieri. Etenim hoc verificari nequit de voluntate, seu volitione Dei, quæ, siue coniecturæ siue disunctivæ in omnia creata indifferenter, & æque feratur: cum possibilia omnia creata, in quæ alterutro, quo velis, modo feratur per te facta à Deo non sint: ergo ea solum fecit, quæ specialiter, & determinate voluit præ aliis, quæ determinate fieri non voluit: ergo volitio determinata, & libera Dei hæc fuit de faciendis præ non faciendis: ergo faciendæ siue effectus, seu operationes obiecta erant huius libera, ac determinate volitionis: ergo hæc determinata, & libera volitio Dei prior natura est positione absolutæ extrinsecas operationis, & effectus creati cuiusvis: scilicet enim, & effectus volitio Dei de iam existentibus, & factis esse nequit: sed de nondum factis, ut absolute existant, & fiant. Hinc iursum: ergo determinata, & libera volitio Dei nequit talis constitui per operationem, seu effectum ad extra absolutæ à Deo positum. Patet: nam omne consummum suo constituitur posterioris natura est: quemadmodum omne totum est omni, & quavis sua parte, natura posterior: ergo determinata hæc libera voluntas Dei nullo extrinsecas creato expectato ac subinde per Deo omni intrinsecas constituitur.

2. Huc etiam faciunt illud 1. Corin. 12. diuidit singulis, prout vult: ad Rom. 9. nus vult induci, & quem vult indurari: & Ioan. 3. quos vult, vivificat. siquidem hæc Deus non dicitur diuidere, prout vult ex voluntate illa necessaria ad omnes homines, siue coniecturæ, siue disunctivæ æque, & indifferenter tendens: cum, nec omnem misericordiam vocationis efficacis, nec omnes eius dene, gatione induit: nec omnes vivificat: cum tamen voluntas illa necessaria ad omnes non solum de facto, & absolute apponendos in rerum natura, siue coniecturæ, siue disunctivæ feratur: quare opus ad hæc verificanda est voluntate, seu volitione Dei determinata, ac libera, quæ determinat huic maiora gratiæ dona præ alio velit: & quæ eorum positione constitui nequeat, sed ipsa potius prioritate naturæ præcedat. Rursus ex eisdem, aliisque subtilitatis locis, in quibus voluntas Dei de ab ipso decreta, & statuta gloria, & laus specialis præ nostris, & creatis cunctis voluntatibus in scriptis ob intrinsecam & essentialem illius inhi ultrabilitatem sic arguo: ideo Deus omnia, quæ voluit, fecit, diuinitus, ac misericors est aliorum hominum præ aliis, quia voluit determinate & efficaciter hæc præ aliis facere: his præ aliis ampliora bona impertiri, atque aliorum præ aliis misceri, nec eius voluntas scilicet & efficax frustrari potest: sed velle determinate ac libere nec solum volitione necessaria, omnia, & omnes possibiles indifferenter & communiter pertingente, hæc, quæ fecit præ aliis, quæ non fecit, &c. nil præter communem cunctis possibilibus volitionem continet, quæ nil præ ceteris determinate voluit, nisi effectum coniectionis, quæ fecit, & aliis hominibus, præ aliis largitus est: ergo ideo determinate voluit, quia fecit: quare erit: omnia quæcumque fecit, fecit: quod de absolute, atque de viliissima, & rursusabilissima voluntate quavis ex ceteris dici æque potest: quæ dubio procul quæ-

cunque facit facit, & cui non facere, quæ facit, profusus repugnat.

4. Simile argumentum continetur illis verbis & sententia Elther. 13. Non est, qui tua possit resistere, & intueri, si decreveris salvare Israël: Etenim resistentia volitioni communi, & indifferenter, ac æque respicienti possibilia omnia, ac subinde Israël salutem eiusque, negationem, siue coniecturæ, siue disunctivæ inefficaciter resistit nequit ab impediendo salutem Israël potius, quam ab illam iuvante: immo nec indifferenter vtrumque vel vtrumvis ex oppositis volenti potest resistentia excogitari, sed determinate alteram ex illis ac serio volenti: ergo, si deceret nominæ volitio illa necessaria t ei, & omnibus, ac subinde vtrique extremo communi, ea propositio fit, de subiecto non supponente & profus stolidæ erit: neminem scilicet fore, qui resistat volitioni Dei resistentia incapaci, & ineptæ, siue defectu voluntatis, cui resisti possit: est ergo ibi sermo de voluntate diuina, scilicet efficaci, determinata, quæ non esse in Deo absolute potest, ac subinde libera erga salutem Israël potius, quam erga eius negationem, vel destructionem oppositam: atqui determinata hæc scilicet efficax voluntas libera salutis Israël præ eius perditione constituitur talis determinata & libera per salutem Israël, eiusve absolutam effectiorem: ergo hic eius sententiæ sensus erit si effeceris, ac posueris absolute salutem Israël, siue ex eius salutis suppositione, nullius alterius viribus fieri poterit, ut non sit eius salus, siue Israël perditio: equid autem potestatis Dei, ac voluntatis eius proprium ea sententia continet laudis, & elogij peculiaris: siquidem, nec effectiorem, & salutem Israël a quovis homunculo infirmissime potentia, & frustrabilissimæ voluntatis semel absolute positæ, atque ex earum suppositione fieri ab alia, non solum atque, verum increata & diuina potestate & voluntate potest, ut non sit: cum ad coniungenda simul contradictoria, nec in Deo sit potestas, quæ solum chimerica esse potest.

5. Quartò inanis, ac illusoria iactantia plena communis sibi, & Patris potestatis suæ in Christo Domino sententia illa fuisse Ioannis 10. in seruandis ouibus, seu prædestinatis. Non rapier eas quæquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi manus omnis est: & nemo potest rapere de manu Patris mei ego & Pater unum sumus: etenim manus hæc Patris, & incarnato filio communicata, & communis, quæ Dei erga prædestinatos, qui non rapiuntur à demone, præ reprobis, qui ab eo rapiuntur seu voluntas significata, nequit esse voluntas illa necessaria, & communis vtriusque cum ea, ac de ea absolute in Deo posita reprobi à demone rapiantur: ergo est voluntas specialis determinata & libera quam erga prædestinatos habuit, cum eam erga illos poterat non habere, sicuti erga reprobos non habuit: atqui, si eius determinata ac libera volitionis specialis erga prædestinatos constitutum formale sit salutis illorum operatio, & conseruatio actualis extra Deum posita, sensus omnino hic erit: quos saluauero, conseruauero, ac retinuerō actu, & absolute, nemo nec cacadamon ipse rapier: quo sensu ignauissimus debilis, vel natura sua, vel morbo etiam iam moribundus iactare, gloriarique æque posset: nec latronem, nec lupum vllum de manu sua oues rapit: nam quandiu eas retinuerit, seruaueritque actus, & absolute, nemo eorum absolute rapier: immo nec Deus ipse rapere potest: ni in eo, ut dicebamus modo, chimericam ad contradictoria coniungenda fugamus potestatem.

6. Quintò illis ipsis locis: diuidens singulis prout vult, cuius vult misceri, & quem vult indurari, & antecedentis hanc sententiæ, non volentis, neque carentis, sed mi e meus est D. Continetur specialis determinatus, ac liber voluntatis affectus: qui ut diuersus à volitione Dei necessaria, & comuni erga omnes in linea volitionis, seu volitionis, & affectus constitutus adequate in Deo ponatur, misericordiar Dei tribui nequit: etenim affectus misericordiar specialis, alteriusve virtutis, nequit esse in eo, qui specialiter affici erga eam virtutem, ex cuiusque finali motu præstare aliquid nequit: ita verò specialiter affici, ac libere ad aliquid præstandum moueri nequit, nisi qua voluntas, seu in linea volendi est: nec potest id habere solum ex potestate adhuc indifferenti, quæ effectum solum.

ac non effectiva est: ergo nequit specialis ille affectus Dei extrinseca operatione, quæ solum ex potestate effectiva, ac non affectiva Dei provenit, compleri in seque constitui. Minor probatur. Nam, etsi ignis indifferens actine ad calefaciendum, vel non calefaciendum effectus quod affectus indifferens non sufficit specialiter ex fine hoc vel illo minime possit, nec ex misericordia, aut ex iustitia calefacere specialiter, vel non calefacere: vnde neque ex motu aliquo seu occasione posita, oblata: quare ad specialem affectum ex hoc, vel illo fine, aut motu huius vel illius virtutis, aliquid ad extra operandi in Deo specialis determinatio libera tota in linea, atque ex linea potestatis indifferens affectus constituta debet admitti, quin effectus, & operatione aliqua Dei ad extra, quæ à potestate eius solum effectiva, ac non affectiva, ipsius est, constitui possit aut compleri.

7. Sexto id ipsum probatur ex innumeris scripturæ locis (ideo sigillatim non referetis) in quibus ad orandum gratias agendum, honeste, pieque vivendum hortamur: multumque hæc valere, ut gratiam à Deo, beneficium, ac salutem consequamur: illique, quibus à vitis frequentissime detrahuntur gehennæ, atque aliarum poenarum indigendum metu: etenim hæc omnia inutilia sunt ad voluntatem illam necessariam, & ad omnia indifferenter, & æqualem à Deo obtinendam, quam eis motibus cessantibus omnino non potest non Deus habere: quare neque ob illam præcisè gratiarum actionem nobis promeritis est: si autem determinatio specialis exterior solum continetur effectus, & operatione à voluntate seu volitione illa necessaria, quæ effectiva solum potestas est, non autem, quæ affectiva, & ex motuorum, siue occurrentium, siue finalium propositione electiva est, proveniente, frustra, & stolidæ preces, meritoria opera, pro ea speciali determinatione proponimus, porrigimusque nullatenus ex eorum cognitione, & propositione se determinaturæ potestati: nec magis illi pro physica, non affectiva, determinatione gratiæ habenda, quam ignem, quem indifferens effectiva, non affectiva, potestatis effectus quod non calefaceret, haberetur, vel, ut nos calefaceret precaremur, aut offerremus obsequia, fabellam surdo narrantes. Hæc omnia, & quæ hoc certamine subiciamus, etiam ex falsa suppositione quod potestas indifferens effectiva solum, & quæ affectiva non sit ad operandum, vel non operandum, aut operandum contrarium, & solum effectiva determinandum se ad unam operationem ex aduersis habendam altera relicta procedunt, id quod repugnare ostendit inferius ex hac eadem parte connotantium sententiam impugnans.

8. Septimo arguitur ex eis locis æquæ apud sacram paginam frequentibus, in quibus Dei electio, & dilectio vnius, præ alio speciali electione illa & dilectione nec amato nec dilecto commendatur charitate perpetua dilectæ, & ideo ait, ait, &c. Et cum dilexisset suos in finem dilexit: &c. sic Deus dilexit mundum, &c. & Jacob dilexit: Esau autem odio habuit, &c. elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. De quorum pluribus dilectionis, & electionis diuinae tota in linea affectiva voluntatis, & volitionis diuinae non est, sed sola volitio necessaria, & communis omnibus, siue ad omnes æque, siue coniunctim, siue disiunctim sumptos ex linea propria affectiva voluntatis, & volitionis diuinae significatur, quæ electio, & dilectio communis omnibus, qui ea dilectionis, & electionis specialitate non fruuntur procul dubio erit: nam reliquum speciale pro eis, quos Deus ea electione, & dilectione dignatus est, è linea dilectionis, & affectus, siue voluntatis, & affectiva potestatis diuinae non est, sed effectiva solum: ut connotatores omnes sententur tandem, etsi huc illic se vertant, atque hac illac velint difficultatem fugere, & mentem dissimulare. Nam demum in illud exemplum confictum ignis physice indifferens ad effectivum, non autem ad affectivum consulendum vel secus, ut suam explicent sententiam deuenire debent, in cuius effectivum solum determinationem dilectionis, & electionis nomen, non nisi inane, & re significata vacuum, cadere potest: ut quia ergo in no. commendat charitatem suam Deus: quia, cum adhuc impij essemus, Christus pro nobis mortuus est: &c. sic dilexisse mundum Deus dicitur, ut filium suum unigenitum daret, &c. cum in horum sententia opus solum

possit & effectivam operationem & potestatem commendare Deus, non affectivam charitatis, omnipotentiam, non suum erga homines amorem: cum ergo in his locis charitas, & dilectio specialis Dei determinata commendetur, cum ex ea traditus Dei filius dicatur, totam illam in linea affectiva, & volitione constitutam opus exterius præcedere aperte dicitur: atque adeo externo opere ipsa posteriori nullatenus constitui.

9. quod ipsum argumentum continetur specialius primo illo testimonio Ierem. 3. illa enim particula ideæ, quæ causam attractionis fuisse charitatem Dei specialem, & liberam, asseritur: insuper & sequentibus Psalm. 17. *faciam me sicut quoniam voluit me.* Psalm. 29. *In voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Ad Ephes. 1. *Propter misericordiam charitatem suam qua dilexit nos: &c.* cum essemus mortui peccato commisit nos Christo: si etiam & similibus conditionalibus scripturæ propositionibus, quarum inepta sententia, & sensus erit ridiculus, si Dei voluntas specialis, & libera pro conditione posita plena, & absolute ante extrinsecam operationem, & effectum, vi eius causa intelligatur, sitque constituta. Eccl. 1. *si enim Dominus magnus voluerit spiritui intelligentia replebit illam.* Iacobi 4. *si Dominus voluerit.* &c. si vixerimus faciemus hoc aut illud. Ethier. 1. *si decreverit saluare nos omnia liberabimur.* erit enim si specialis efficax, & libera Dei voluntas operatione, aut extrinseco effectu constituta earum omnium propositionum sensus: si hæc hæc, sicut quid ineptius? Denique eadem anterior causalitatis præcedentia specialis, ac liberæ volitionis Dei plenæ & absolute constituta ante extrinsecam operationem, & effectum continetur & explicatur pluribus locis per particulam *ut* adiunctam speciali voluntati libera Dei, ut aliquid fieret, sic Deuteron. 7. *Te elegit Dominus ut sis populus peculiarius:* & clarius cum specialis liberæ electionis huius, & gratuite præcedentiam ad effectum particulam illa *ut* denotatam explicans, reliquis causis effectus, tum specialis illius diuinae voluntatis immanentis exclusis, subdit, *sed quia dilexit vos Dominus.* Ad Ephes. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essetis sancti.* Vnde hanc vniuersalem Patres, Augustinus, Hieronymus, & alij perique inferunt, ergo non quia fuerit quoniam sancti, ut specialem causalitatem meritoriam Pelagianam, & Semipelagianam, nostræque prædestinationis ex eo loco confutent: esset autem infirma illatio, si effectus ipso posset specialis Dei electio, & prædestinatio constitui ipsoque, etsi non meritorie tanquam quid omnino diuersum, obtineri: inuitur quippe ei principio: quod præsuppositum in esse absolute sui, nequit delectari, nec esse delectari denotari particula *ut* obiectum: quod præsuppositum deficere si posset per operationem seu opus exterius absolute in suo esse positum liberum Dei delectari ipsius constitui.

10. Eadem ratio continetur 1. Ioann. 4. in hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum: Etsi hæc apparet Dei charitas, sicut suis effectibus causæ reliquæ apparent, non constituuntur: idque explicatis ostendens subiungit, in hoc est charitas, non quasi nos dilectemus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & carum sub finem. Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Diligeremus autem prius si dilectione veritatis communis, utpote nobis vitali, à Dei amore in voluntatem ad extra proveniente, nostroque amore Dei amore constitueretur: sed & in locis aliquot ex recitatæ, vbi electio Dei nominatur eadem determinata, & libera volitionis Dei, nec solum necessaria, & communis omnibus præcedentia in priori naturæ ad operationem exterius continetur: etenim recte Theologi omnes cum Sancto Thoma 1. 2. quæst. 13. artic. 7. ad 1. electione nominant, & quæstione 15. articulo 3. ad 1. electio supra consensum addit quamdam relationem respectu eius cui aliquid præstatur: quod ipsum propositum, & consilio voluntatis suæ, secundum quod Deus dicitur, operari significatur: dicit enim propositum, & voluntatis consilium voluntatem determinatam: nec, quæ ex necessaria, & indifferenter ad omnia volitione ageretur, ex propositum, sed secundum propositum, & consilium voluntatis Dei ageretur sed casu & fortuito ut 3. Reg. 22. longe à nobis

dicitur, vir quidam et eadē arena in incertum sagittam dirigens, & casu percussit Regem Israel: quia non in illum determinate sagittam direxit: sed in exercitus cumulum, si quem confingeret, et Regem intentione non excluderet, sed iuxta Regis Syria, sub quo merebatur, etiam non vnicē & determinatē, præcipue tamen confingere intenderet: fuit autem scriptura loca apud Paulum frequentia, Roman. 8. Omnia cooperantur in bonum: iis, qui secundum propositum vocati sunt Sancti, cap. 9. ut secundum electionem propositum Dei manere. Ad Ephes. 1. qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum propositum voluntatis sue: infra, secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue: 2. ad Timot. 1. vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam.

11. Huc etiam facit illud Isaia 45. iuxta versionem 70. Interpretem, & Patrum plurimum, qui fecit ventura: ex quo diuinarum decretorum æternitatem supra ostendebamus ad que Fulg. 1. ad Monim. cap. 12. vers. med. in ipso Christo ex æternitate dispositionis sue in prædestinatione, iam fecit, quacunque effectu operis sui tempore congrua facienda disposuit: sub med. in qua æternitate incommutabilis voluntatis sue, creator ille, iam fecisse dicitur, quod in creatura mutabilis, prout oportuit faciendum disposuit, sic rite dispositum facit: lib. 2. cap. 1. circa med. facit prædestinavit, & diuinarum librorum testimoniis infertur, & sancti Augustini libri, & Prosperi eruditissimi viri responsionibus informatis, quibus agnoscant, prædestinationem Dei, nihil aliud esse, nisi præparationem operum eius, que in æterna sua dispositione, aut misericorditer se factum esse præstat, nisi ipse. Hilar. 12. de Trinit. vers. medium. Dei, cui nihil nouum ac recens est iam facta sunt, dum & temporum dispositio est, videntur: & iam in diuina voluntate, & scientia, efficacia sunt. Leo Mag. serm. 16. de Pall. cap. 1. Cum non tam de futuris, quam de presentibus sit sermo conuertitur, quid aliud nobis quam sempiternarum dispositionum Dei incommutabilis ordo referatur: apud quem, & discernenda iam iudicata sunt: & futura iam facta sunt: quibus consonant Anfelmus in cap. 8. epistolæ ad Rom. ad illi quos præstat, & prædestinavit. Concil. Valent. III. sub Lotario Imperat. confel. fidei cap. 3. & Ambros. 5. de fide ad Gratianum longe ab initio id Rom. 4. vocat in qua vos sunt, sicut ea, que sunt. Ex illa sententia, sic explicat. Vi de scripturis satisfaciunt vobis, discite quod non solum præterita fecit, sed etiam que futura sunt, qui fecit, qui aduentura sunt: & vniuersalque sententia rationem sic concludit: quia non contingit, ut non sint, sed necessario sunt futura, que esse præcipit, & confirmat ex illo Psalm. 118. Dispositione tua permanebit dios: subiungens. Non solum permanebit dixit, sed etiam permanebit, ut in eius dispositione ventura sunt, gubernentur.

12. Hilarius 1. de summo bono cap. 1. Manens idem incommutabilis, & æternus, quid congruum esset tempori, ut ipsa tamen æternitas in eius manifeste dispositione consilii: consonant. 1. scilicet, cap. 18. med. 1. de prædestinatio & gratia cap. 1. post med. in ipsa nos præscientia cum nondum fecisset regis: sed à quo fieri hoc potuit, nisi ab eo, qui vocat omnia, que non sunt, tanquam ea, que sunt: Apostolus enim dicit, qui elegit nos ante mundi constitutionem: intra mundum facti sumus, & ante mundum electi sumus, dicitur autem initio: quantumcumque, vel ex Adam homines nati sunt, vel post nostram ætatem generationis præpagæ sunt nasci, apud Deum uari sunt iam, & deorsum in uia tempore transierunt. In his autem determinate efficacia sunt efficacia: (ut efficacia nomine Hilar. significat) ad extra Dei voluntas, consilium, & dispositio communis ad extra causa prior, & intra Deum, & in qua æternitate, qua sola, & solus Deus durat, esse dicuntur: vocatur, & facta que futura sunt, & que non sunt, efficacia Dei, qua, que non in se sunt, vocantur, ipsorum esse constituitur ac completur: cum nondum sunt implicat a Deo vocati maxime ut sint: non enim vocatio illa esse potest, nisi eorum, que absolute sunt, quæ ut sint, vocati nisi incepti nequeant, ut nimirum id habeant quod præcedat, & ab eis præhaberi vocatio supponit. Vnde,

si ad determinatam vocationem eorum, quæ non sunt, ut sint operatio, & effectus in suo esse posita expectantur, quid de vocationibus, & imperiis diuinis illis Genes. 1. fiat lux, fiat firmamentum censendum? An vel fictæ vel risu dignæ vocationes, & imperia censenda? Sicut & illud Psalm. 148. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt: patuit ea in æternam, & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit, & id Threnor. 3. qui est ipse, qui dicit ut faceret Domino non iubente. 3. Reg. 17. Coruis præcipi, ut pascant se: Iob qui præcepit soli, & non oritur, & similia capite 36. & 37. Itat. Consilium meum stabit: & omnis voluntas mea fiet vocans ab oriente, & Actor. 2. Non enim subterfugi, quemuis annuntiarem vobis omne consilium Dei.

13. Adstant pro antecedentia eadem voluntatis libertate ac determinate Dei ad externas creatas operationes, & effectus per Deo intrinseca omnino constituta aperta, frequentiaque Patrum testimonia: Magnus Gregorius recitat quæst. 5. certam. 1. num. 8. & 1. 6. Moral. cap. 17. postremis. De vnaquaque re immutabiliter intus constituitur, quidquid foris mutabiliter agitur. Non igitur res statum Dei, quo de ipsa Deus statuit, quid determinate sit agendum, constituit, sed omnino intra Deum statum, & constitutum de ea est Clemens Romanus 3. recog. vers. med. Propter voluerit Creator Deus, ita, & erunt illa, que creat. Nec enim sub lege est virtus Dei, sed lex creaturæ suis voluntas eius est. Ut sint nimirum, ut ea esse, & fieri determinate voluit, consonat 7. const. cap. 3. sub med. Iustin. Martyr. quæst. 3. ad Gent. circa med. Si Deus facit: quia est, contra facit, si autem facit sponte, quia vult sponte facit quantum vult, & quale vult, & quando vult. Irenæus 2. aduers. hæres. cap. 2. sub init. Si autem non præter voluntatem eius, sed sciente, & volente Deo sunt, iam non Angeli vel mundi fabricator alius causa erunt fabricatione ipsius, sed voluntas Dei sub med. ipse in semetipso, (non vique extrinseco opere) omnia prædestinavit fecit, quemadmodum voluit, omnibus consonantiam, & ordinem suum & initium creationis donans, ut intrinseca eius voluntas rebus causa essendi, & cetera, & cetera sit, ac mensura, Nyssen. columna 4. Hexamet. illud nobis positum, constitutumque sit: in natura diuina cum voluntate ita concurrere potestatem, ut Dei potestati mensura sit ipsa voluntas, Sub inferiori: Potentia voluntas est eademque momento præcipit quomodo res fiant, & occasionem præbet, ut cogitata sunt facta: infra. Sapiens ipse voluntas potestatem factorum est declarata: & effectrix ipsius potestatis in ipso sapiente voluntate perfecta est: non ergo extrinseco completur, & absoluitur: ac rursus ea colum. alt: quod voluntas diuina sit potentia, & vire reum effectrix. Supponens item electionis diuinæ libertatem esse potestatem vitalem propriissimam intellectuales, & diuinæ vitæ motione subinde intentionali se mouentis ac determinantis immanenter ad intra, sic scribit de verbo diuino orat. cathec. cap. 1. circa med. Si ergo vinit verbum omnino quoque habet vim libere eligendi. Nihil enim est ex his, que videntur, quod non sit hac vi præditum: inferius scilicet, volentem autem Deum non esse eiusmodi, ut non operetur, sed omne boni propositum deducere ad operationem: subinferius, libere autem eligenti, quia vinit: potentis autem quidquid elegerit: quibus potestatem electionis diuinæ ab executione externa distinguat, atque illius ad hanc causalitatem, & antecedentiam naturæ fateatur.

14. Athanasius orat. 3. controu. Arian. columna 2. Patris voluntas efficax est, & Architectrix: eaque per se sufficit ad res progrediendas: & sub med. voluntatem Patris satis esse potentem ad ea constituenda, qua ipsi placuerint: & orat. 2. circa med. orat. 4. colum. 6. ante finem. Opera voluntate, placitoque emerserunt: vniuersaque rerum natura cupidine qua cupit hoc Deus, condita est: cumque Patris per voluntatem Dei Apostolus sit vocatus, ipsaque vocatio nostri placito voluntateque conciliata sit, & cetera. Damasc. c. 1. de fide post medium. Creatio à Deo, cum voluntate opus sit, non coæterna Deo est: subinferius, Deus non solum de nihilo adesse cuncta produxit. Fulgent. 1. ad Monim. cap. 12. fine. Non aliud est in illo, velle, quam posse. Possit autem, & factis præcedit natura, & ipsi nullam, adhuc completur, & partialiter constituitur: similia scribit capite 13, Ambrosius 5. in Luc. sub initio.

Nihil

PORT
1811.
D. V.

stimonis Patrum est) de Dei concrete volentis diligētis, eligentique præcedentia pro priori naturæ ad omnes suas externas operationes expressa esse contra ipsum notabamus: quod autem his responderi poterat, etsi notuto de sensu scripturæ, & Patrum metaphorico iam confutabimus cert. 6. rat. 1.

CERTAMEN VI.

*Ab eadem parte ex dogmatum aliorum
per connotantes euerfione eorum
fententia confutatur.*

Prima ex aliis fidei dogmatibus ratio fit: quia Dei voluntas, quae talis, Deique per illam esse liber in volendo, cum in actu primo, tum in actu secundo, videmus quaest. 1. certamine 2. et constat ex scriptis scripturae; et Patrum de Dei viuis prae alio electionis, dilectionis, vel rerum, vel personarum ad aliquid de illis agendum, vel in ipsis operandum, immo non aliunde, quam ex locis, quibus libera Dei voluntio creaturarum in scriptura assertur esse voluntas indifferens in actu primo, immo, neque voluntas absolute talis in Deo ex facie paginæ poterit probari: quare quatenus ad fidem, dogmata Catholicum arbitri immediatus libera Dei voluntio, quae talis, quam absoluta voluntas à scriptura traditur voluntio, quia talis necessaria etiam, quæ de diligit Deum et scriptura remotius adhuc deducatur: quæ vero importet illa omnia, fide coniunctionem, fide diffinitionem sumptam, fieri Deum connotantes admittunt, vel scripturae rectissime testimonium eludant, tam longe ab eis distant, vel nullæ quantumvis longis diffusibus ex scriptura testimonio villo valeat deduci: quia, vel supra vidimus, nihil creatum pro itatu possibilitatis velle, amare necesse Deum verissimum est: atque oppositum, cessat ab autoritate aquam forte habeat, a ratione verò viam non habet probabilitatem: liber vero amor, adhuc propterea possibilitatis, circa possibilia aliqua, fuit completioris, siue cuiusvis alterius speciei amoris sit, minus à ratione probabilis in Deo est, nullatenusque ex scriptura, et Patribus deducibilis: neque ab adversariis connotaciones admittendus: cum inarchus pro eo solum statum necessarium stantibus, et fumpis nulla extrinseca merito absoluta entis aliquis defectibilis esse possit, quod liberam absolute exercitum voluntionis actualis Dei aliquatenus constituit, et compleri in eorum sententia possit: fuit ergo liberam Dei voluntionem absolute talem, ac subinde finem voluntatis quæ talis in actu primo indifferenter ad volendum, vel non volendum, fuit nolumum potestatem proprio, et vero aliquo sensu falsa scripturae doctrina debita, ac sine catholici dogmatis iniuria negari non posse.

[illegible]

tenendi tota ipsorum cura, doctrinæque suæ est. Nullum autem ex tribus hæc Catholicis dogmatibus in eorum sententia posse consistere singulatim ostendendum in presentia est; ut connotatorum absurda sententia explodatur.

1. Et in primis, per contingentiam physicam operationum, seu rerum ad extra positarum, & absolute existentium libera Dei volitio, ac diuinæ voluntatis libertas, non saluatur; est operationum ad extra libertas, seu potius contingentia rerum, & operationum extrinsecarum creaturarum in se, & in essendo saluatur. Probatur inuentum: quia in hac sententia quidquid volitionis, seu actus volendi, atque à voluntate diuina, qua effectiua, & qua voluntas seu volitua creaturarum est necessarium est, ergo nulla volitio diuina libera est, ac subinde, nec voluntas diuina qua volitua, seu propriè voluntas est in actu primo indifferens ad volendum, seu non volendum, aut nolendum, siue libera in actu primo: postrema consequentis huius pars certò, & euidenter deducitur ex prima: quia ex impossibilitate effectus, siue actus secundi actus primi siue causæ illius effectus impossibilis legitime, & inuitabiliter inferitur: unde, cui intellectus repugnat, intellectus facilius repugnat. Prima verò consequentis pars aqua certitudine, & legitimitate ex antecedenti inferitur: si enim quidquid volitionis, propriè talis, in Deo est, siue omnis volitio diuina propriè volitio necessaria est: ergo nulla volitio diuina propriè talis libera est: alioqui duplex contradictorium simul verum admittitur. Antecedente connotantium sententia est: siquidem nihil in Deo esseque voluntate ante operationem, & effectum creaturæ, & ad extra est, imò posse esse adhuc admittunt, nisi volitio necessaria, qua increata possibilis, siue coniunctum, siue distinctum in omnia affectiue, & volitue feratur: imò libertatem Dei, non qua voluitus, & affectiue est potens in creaturas ferri, sed qua physicè earum actionis media necessaria volitione illa admittitur: quod ipsum est liberum illam non quidem in volendo, sed in agendo, & operando physicè ad extra admittere, ut ex ipsorum verbis, & tempore explicamus cert. 1. ac sæpe in seqq.

4. Respondent hac ipsa doctrina sua Aureolus, Herize, & eandem connotatores reliqui: Deum liberum in volendo metaphoricè esse, esse propriè tamen absolute liberum, et non in volendo: quia prædicatum libertatis proprium genericè sumptum libertatis in agendo & operando physicèque potestatem non operandi absolute, id quod liberè operatur omnino consistit: quin ideo voluntas in specie liberi agens in volendo est, quia agens physicum, & de se indifferens, potensque physicè in actu primo non elicit physicè suam volitionem est: quare sola indifferencia, & libertate potestatis physicæ Dei in actu primo ad non agendum physicè in actu secundo, quæ de facto ad extra producit, agens liberum in actu primo & in eorum effectione physicè in actu secundo, liberum in actu secundo agens propriè talis est: quia vero suam volitionem physicè agere ob rationes præfatione quæstionis tactis non potest: si ut eius volitio, qua volitio, ac subinde, neque eius voluntas, qua voluntas & affectiua potentia propriè talis, libera non sit, neque Deus, qua potens volitio, & actu volens liber in actu, siue primo, siue secundo propriè talis sit: sed solum metaphoricè, & imitatur: quatenus volitione necessaria interueniente habet operandi vel non operandi physicè ad extra potestatem, atque ex ea physicè potestatem operatur, cum ad extra aliquid producit & non operatur, cum non producit. Ceterum prædicatum libertatis, & potestatis in actu primo indifferens, & exercitij liberi in actu secundo superius esse, & genericè ad libertatem, & indifferentem potestatem voluntatis, qua talis, & affectiue potestatis, & in exercitio & actu secundo ab eius, qua talis, volitione, & affectu, ac proinde in aliis physicè solum, nec affectiue etiam agens, eorumque effectibus, qui affectus non sunt posse reperi implicatorem ostendimus, ac insuper, neque, cum indifferentem physicam potestatem operandi ad extra, & nec physicum libertatis exercitium, siue libertatem in actu secundo, Deo eiusque operationibus competere constabit ex dicendis in tertio absurdo ad quod connotantes deducimus contra tertium dogma quod memorauimus.

5. Quoad metaphoricam verò locutionem libertatis
Cursiph. de Orig. de Deo Tho. Tomus II.

voluntatis, & volitionis in linea voluntatis, & affectiua, qua solum scriptura, & Patrum testimonia interpretantur valde preiclosè loquuntur, & sentunt: etenim frequentissima scriptura, & Patrum hæc de re testimonia ad sensus improprios & metaphoricos detorque, & hac in re periculolum est, & omnibus Catholicis dogmatibus euerendis, tuendisque, & denuò inducendis erroribus, atque hæresibus quibuscumque accommodatissimum: siquidem locutione, & interpretatione simili de locutione scriptura, & Patrum metaphoricè contra quævis in scriptura asserta philosophari nobis, ac Theologizari licebit: maxime, cum vix dogma aliud, tam frequens, atque hoc de libera Dei volitione, tamque expressum in sacris litteris habeatur. Secundo: quia, ut dicebam num. 1. cum Dei volitio necessaria, imò volitio, & voluntas diuina absolute, nullis aliis locis, quam his de volitione libera Dei traditur, si hæc metaphysicè solum locutionem contineant, ac proinde negari salua fide, & Scriptura sacra proprietate sermonis possunt, salua etiam scriptura, & fide negari Deo absolute poterit proprietate sermonis volitio omnis, & voluntas: imò verò, cum ea, quæ solum metaphysicè alieni conueniunt negari potius, quam affirmari debeant, à Theologis præsertim sermonis proprietate disputantibus, nec nisi addito, aut verbis, quibus metaphoricè se loqui explicant, affirmari: dicendum in re præsentem absolute iuxta hanc locutionem, esse, Deum liberam volitionem non habere, nec est liberè volens creaturas, siue efficaciter, siue inefficaciter, imò nec illas absolute volens: quod est erroneum, quod autem aiebant rationibus tactis quæstionis præfatione eas locutiones, nisi cum absurditate physicæ defectibilitatis Deo repugnantis, proprietate sermonis in ipsum cadere non possent: ac proinde iuxta Ticonij regulam ab August. approbatam sensu improprio, & metaphoricè intelligi debere: constabit cert. vlt. atq; ea repugnantia posse Deo sermonis proprietate conuenire. Secundo ea regula in raris scriptura de Deo locutionibus locum habet: non autem in frequentissimis de eo assercionibus: imò in non adeo frequentibus, ex contextu, suisque sermonis, an figurato, parabolico allegorico, aut metaphoricè sensu scriptura de Deo loquatur, cum ea, quæ ipsi sermonis proprietate repugnant, satis prodit: quod in testimoniis ad rem præsentem adductis profus desinit.

6. Vterius volitio libera diuina vitalis esse debet, specieque actionis vitalis: quare, & potestas indifferens, seu libertas voluntatis in actu primo debet esse ad actum, & operationem vitalem, cuiusque exercitium: siue libertas in actu secundo nequit esse nisi per actum, & operationem immanentem in viuentem libero, vel immediate in ipso, vel in eius potentia vitali, (sic realiter ab ipso differat) & mediatè in illo: atqui nec potestas indifferens voluntatis diuinæ, seu libertas in actu primo ad operandum, vel non operandum ad extra, est ad operandum immanentem: neque cuiusmodi operatio est exercitium actuale immanens potestatis illius: ergo per eam indifferentem potestatem, seu libertatem in actu primo Dei voluntas, Deusque ipse non constituitur liber in actu primo, neque operatione ipsa, & exercitio eius potestatis exercetur propria libertas voluntatis, neque eius volitio libera propriè in actu secundo constituitur: quod autem potestas indifferens, seu libertas in actu primo sit potestas vitalis, atque eius operatio, & actus vitalis natura, & essentia sua esse debeat, sitque proinde, altera essentia, & natura sua potentia vitalis species, altera vero exercitium, actus seu operationis vitalis species, omnium quæ in creatis liberis voluntatibus, earumque liberis exercitiis operationibus, & actibus experimento, & inductione didicimus constare: quod ipsum proinde de libertate voluntatis, & volitionis diuinæ supparatis imperfectionibus (ut possunt) intellectum, & assertum à scriptura, & Patribus tenendum est, si sermonis proprietate (ut debemus) testimonia intelligamus: siquidem vocibus nostris nos ea docuerunt: quare, & in sensu earum à nobis communiter recepto, & vitato earum vocum id nobis intimantur: iam verò potentiam vitalem esse potentiam ad operandum immanentem viuentis, & potentia vitalis, recepta definitio est. Denique potestatem Dei, eiusque voluntatis, & volitionis necessariæ ad operandum, vel non operandum ad extra immanentem operandi potestatem

K natura,

natura, & essentia sua non esse, sed potius ad non immanenter operandum, atque extrinsecas omnes creatas operationes, & effectus essentia sua esse non immanentes operationes, ac subinde potentia vitalis, & natura sua immanenter operativae ineptas, certius est, quam, ut egeat probatione.

7. Eisdem connotatores secundo absurdo contra secundum Catholicum dogma in scriptura, & Patribus expressum rursus impugno: volitio divina determinata de hoc prae alio agendo, non solum est libera, sed & electio vnius prae alio ad hoc, vel illud agendum, vel recipiendum à Deo: atque ita sermonis proprietate frequentissime à scriptura, & Patribus nominatur: atqui electio absolute, & propriè talis essentia sua tota est actus determinatio ad vnum potius, quam aliud, siue ad vnum prae alio, non vt-cumque sed ex consultatione, & prae consilio. vt omnes Philosophi, & Theologi statuunt cum Aristot. Ethicor. c. 2. sic electionis naturam explicante: *videtur itaque sponte quidem à nobis fieri: artem non omne, quod sponte agimus, est eligibile: sed id, cuius consultatio antecessit: electio namque cum ratione est, atque mone, & c. 3. & ipsa electio deliberativa appetitio rerum erit eorum, quae in nostra sunt potestate: ex quo Damasc. de fide c. 22. Nihil enim aliud electio est, quam de duobus velis proponis, alterius prae altera suspensio: & quavis immediate dixerat post affectionem existere consultationem: affectionem pro finis abstracte à materia sumpti v.g. temperantiae abstracte, à materia huius cibi, vel potus, amore intelligit: quam nos intentionem vocamus, & Aristot. c. 2. cit. voluntatem, & 6. Ethicor. c. 9. 12. & 13. praeponit. Nam post consultationem ex ea affectione ortam electionem sequi docet ibidem Damasc. & Aristot. & c. 12. electionem rectam fieri à prudentia docet: ac Sanctus Thomas 1. 2. quest. 66. articulo 3. ad 3. ait: prudentiam, non solum assignare media, sed finem etiam in propria & particulari materia: & si vt à materia finis virtutis abstrahit, non praestitui illam (necessario, scilicet) à prudentia doceat 2. 2. q. 66. articulo 3. ad 3.*

8. Electio igitur propriè talis, siue mediocrum, siue materiae particularis, in qua finis obtinendus eligitur, & prae voluntaria necessario, & vterius ex consultatione, & prae consilio essentialiter est: atque si ex honesto fine, & intentione (vt in Deo est) ex prudentia, & eius dictamine: ergo omnis electio divina omnino à voluntate Dei, qua affectiva, & volitiva, facultas est, nec ab eius solum effectiva, ac non affectiva potestate potest aliquatenus esse. Patet consequentia, quia sola voluntas, qualis, siue, qua affectiva, & volitiva facultas est, siue, qua velle solummodo potest, duci cognitione, & consultatione, propositioneque bonitatis obiecti valet, vt sponte, ac voluntariè feratur in obiectum, tum etiam collatione, & consultatione, vt ex proposita materia, & mediis propriè eligat: ergo, quod à voluntate non, qua volitiva, & affectiva erga obiectum facultas est, sed solum, qua physice effectiva alicuius physici effectus, ex cognitione, & consultatione non est: ergo neque electio: ergo electio, qua talis, à sola potestate indifferenti voluntatis, qua affectiva, & volitiva obiecti alicuius est, potest provenire: atqui potestas indifferentis agendi, & operandi ad extra in Deo, cuiusque voluntate, seu volitione, à qua operatio, & effectus ad extra proveniunt determinat hanc prae aliis, solum est potestas voluntatis physice effectiva, non affectiva per te: ergo nec est determinatio electiva seu electio Dei à scriptura, & Patribus asserta: idem argumentum continet illa vox *consilij*, quo libera Dei determinatio de faciendis continetur. Nec satis est, si dicas electionem totam operatione ad extra non contineri, sed compleri solum. Nam electio tota in determinatione ad vnum prae alio adaequate consistit: tota autem determinatio hanc in tua sententia in effectu, siue operatione ad extra est: nam volitione necessaria indifferenti communi, & aequa respectu omnium, quam solum tua sententia admittit, nulla Dei determinatio est: quare, & tota Dei libertas in operando solummodo per te est, nullaque, ne partialis quidem, in volendo, aut eligendo libertas, contra duo dogmata memorata.

9. Sed nec libertas Dei in operando, quae de fide est in connotatorum sententia potest defendi. Primo: quia à potentia activa solummodo physice, & effectiva, non

autem affectiva etiam, nihil determinatum nullum determinationem potest esse: etenim, vel ex eius natura, & inclinatione procederet, & hoc implicat: cum eius natura indifferentis ad alterum, nec ad alterum determinata (vt in exemplo ignis natura, & essentia sua indifferentis ad comburendum vel non comburendum, quo adiecti vtebantur: patet) non magis in hoc extremum, seu operationem determinatè inclinat, sed neque ex propositione obiecti seu operationis aut effectus agendi potest ad hunc determinatè prae alio se determinare: physice enim, & effectiva solum agens, ac non affectiva, obiecti propositione, & motione ipsius intentionali moveri alicui ab illo nequit, nedum determinari: id siquidem proprium volitivae, & affectivae facultatis est, siue voluntatis, qua talis: ac proinde solo affectu, & volitione ferri determinatè in illud prae alio obiecto: si autem ab alio agente determinetur: vel est, tanquam à partiali agente complente virtutem actuum adaequatam essentialiter requiritam ad effectum, vt potentia visiva per speciem completur: & tunc indifferentia non est, sed effectus actusque, quae alia partiali debet compleri, vel determinatio illa est ab agente superiori, cui non solum subordinatur inferior in alicuius effectus productione, vt subalternaria effectus, sed tanquam superiori, & tunc quidem primo superiori illud agens purè indifferentem physice actuum non erit. De eo enim quaestio redibit, & sic de aliis, & aliis, & c. & superioribus agentibus in infinitum quaestiones progredientur.

10. Secundò: ea determinatio prae alia ab agente physice indifferenti non erit, sed ab alio à quo determinatur: quare respectu agentis illius actus, & effectus solum indifferentis determinatio illa per operationem, est ab ipso physice ortam, contingens & libera physice non est, sed respectu alicuius, vt percussio baculi in hac portis, quae illa parte terra, vel globuli illo determinatè à milite per Sclopetum contoritur: et si eius impulsus eo, vel alio potius indifferens sit, quia eo potius à milite diriguntur. Tertio: superius illud agens, & non physice indifferens, sed determinatum, ac determinans aliud indifferens physice ad agendum, vel non agendum physice naturalem, & necessario, vel seipso, vel aliqua qualitate, aut effecta ipso necessario producto determinabit etiam neque ipse neque subito agenti indifferenti de se, contingens & libera ea determinatio erit. Quarto: si actus adaequatus illius agentis potentia sit, intelligi nequit, quo pacto de ab operatione contineat, atque determinationem causa secus aduenturam desideret, ac expectet: quidquid enim actuum physice est, & alterius opem ad operandum spectat, eaque indiget adaequatam ad operandum actum absolute non habet, vt creatis causis contingit: quatenus exigentiam, & inclinationem ad suos effectus adaequatam habeant, secus tamen adaequatam actum non, nisi in consortio Dei possint suos effectus operari.

11. Cum ergo, nec à se, nec ab alio agente superiori purè physice actum ipsius, siue indifferens, sed determinatum determinari agens illud physice actum adaequatè indifferens ad operandum, vel non operandum ad determinatè operandum, maxime possit testari, vt quia adaequata eius physica actus, indigens tamen physice alterius actus ope ad determinatam suam operationem, non repugnet, agens illud superius non purè physice effectiva potestate, sed affectiva etiam, qua vnum determinatè prae alio velle posset, ac de facto efficere vellet, ac fieri ab agente illo volitione, & decreto suo libero statueret, inferiori illi agenti purè physice determinationem ad determinatè operandum afficeret: cui probè contingens & libera ea determinatio, & operatio solummodo foret, non autem alteri indifferenter effectiva agenti inferiori, quod ex eius decreto, & determinatione affectiva efficaciter operaretur determinatè: non licet, atque naturales effectus causis naturalibus contingentes, ac liberi non sunt, sed Deo. Nihil enim rectius, an ex natura determinatione, an ex adaequata, & extrinseca non possint non operari, si abque illa operante causa nequeant: ex quibus constat omnem rationem liberam, & contingentem causis actus operationem tantum penes actus, etiam affectiva, quae talis, siue per arbitrium, & voluntatè, qua volitiva formalitè est, potest

reperi: aque exercitium liberum & contingens è sola affectiva: non affectiva etiam, potestate procedere non posse, ni fors in absurdum determinat omem effectivam solum indifferentis potestatis per physicas ipsas operationes statim impugnandum labi aduersarij velint.

12. Hæc fufius paulo differui vniuersum, & intus, vt principium illud cui omnes connotantium modestiorum modi tandem inuicuntur (nempe agentis purè physice effectivi, ac non etiam affectivi, dummodo indifferentis ad physice operandum, vel non operandum sit, posse esse exercitium liberum, ipique contingens) radicatus eruerem, & conuellerem: ostenderemque potentiam liberam, etiam actiua necessariè esse debere, non eo solo prædicato liberam esse posse, nisi actiuitas affectiva etiam sit: Vt nimirum actus suos possit actiue elicere: sed eos tamen, quibus in hoc præ alio obiecto ex eorum intentionali propositione, & rationum seu motuorum consultatione affectiue feratur, illudve fugiat: vel, si libertas connotationis sit, prosecutionem ipsius omittat: inde vero facile concluditur in connotantium sententia Deum non volendo extrinsecam, verum nec in volendo, neque operando ad extra liberum agens absolute esse, vt tertio hoc absurdo contra eos contendebamus. Nam, etsi Dei voluntatem ad creaturarum productionem ipsi requirant, necessitatem illam, & communem esse aiunt, & in qua nullum voluntatis diuini Deique exercitium liberum sit, ratione cuius operationes Dei inde ad extra progressæ secundario libere Deo sint, cuiusque arbitrio & libertati in agendo imputabiles cum enim ultra eam necessariam voluntatem, nihil ad intra creaturarum extrinsecam operationem præcedat, sed ex physica solum actiuitate indifferentis voluntatis sue voluntionis necessaria illius determinate hæ præ aliis creaturis, & præ suis negationibus immediate ad extra procedant, sit eas libere à Deo immediate libertate minime ad extra produci: inleque respectu illas ad extra operantis, liberas, & contingentes, neque modulate, neque immediate, quare nullatenus esse.

13. Item: cum indifferentis illa pure physica actiuitas ad extra voluntatis, seu voluntionis necessaria Dei, indifferenter actiue cause primæ sit, & quæ à superiore aliqua causa determinati vilo modo nequeat neque à Deo ipso in actu primo, siue physice siue intentionaliter, aut affectiue determinetur sit planè: totam determinationem, quam lib assignant penes extrinsecas solum Dei operationes esse, neque ab actiua Dei determinatione (quam purè physicam, nec affectuam ex parte Dei connotatores admittunt) provenire: quare neque vllam in operationibus Dei ad extra libertatem, quæ in linea solum, & genere cause efficientis esse potest, à Deo exerceri: quare nec Deo illas vllatenus contingentes, & liberas esse posse. Tertio cum determinatio operationis purè physici agentis & solummodo effectiue à non determinato agente in actu primo, vel à se, vel ab alio progredi nequeat, aut saltem ipsi ea determinatio tribui: sit, vt determinatio operandi, siue determinata illa operatio Deo prorsus indifferenti, nec aliquo modo determinato ad illam (vt posset competere), neque ipsi, neque alteri tribui vilo sensu posse: quare tota illa determinatio operationi ipsi tribuenda prorsus esse, casusque, & fortuito omnino respectu Dei eueniet, vt docet ac proliunde contra errorem quorundam Philosophorum Basilii recitatus certam. 5. num. 15. Quarto inde sit totam contingentiam à connotatoribus pro diuine voluntionis libertate excogitatum, & assignatam contingentiam rerum ipsarum in essendo, siue è conceptu ipso possibilitatis creatæ provenientem esse, non autem contingentiam Dei, & libertatis eius in operando, eosque alteri solum conceptui defectibilitatis physice effectus, & actus, siue operationis, & exercitij liberi attendentes, atque aliter ab eo, cuius actus seu operatio illa exercitium liberum est (quem etiam exercitium liberum ipsius recludit) libertatem exercitiam Dei in operando adhuc (necum in volendo) designasti. Denique cum de conceptu essentiali adeo iuxta dicta actiue in horum sententia nec esse magis, quam non esse posse, sed potius ipsa creatura de se sola determinate ac non ex Dei determinatione sit: nec contingentia possibilitatis creatæ ipsi relinquatur, cum nulla alia ratio, cur sit reddi possit, nisi quia est vti de Deo dicitur. Ni malis nihil produci posse, omniaque præter Deum repugnare: quod è solum effectiua indifferentis potestate nec determinata facile iuxta hæcæus dicta deducitur, tametsi fidei repugnet.

CERTAMEN VII.

Ab impossibilitate, & insufficientia ex parte extrinsecorum effectuum, & operationum ad constituendam diuinæ voluntionis libertatem, atque aliis incommodis connotantium sententia consutatur.

1. Iam ex parte creatorum effectuum, siue operationum consutanda eadem sententia est in primis ex impossibilitate. Nihil temporale potest ad aliquis æterni constitutionem ingredi, vel supponi. Ast omnis effectus, & operatio creata temporalis est ergo nullus effectus, seu operatio creata potest ad aliquis æterni constitutionem ingredi, vel supponi. Atqui omnis voluntio libera absolute talis Dei est æterna: ergo nullus effectus, aut operatio potest ad constitutionem voluntatis libere quæ talis ingredi, vel supponi substantiam ad postremam consequentiam; antecedens est dogma fidei Catholice vt patet ex dictis q. 5. & in præfati pluribus scripturis, & Patrum testimonij expressis cuiusmodi illa sunt: *charitate perpetua dilexi te: & elegit n: in 1700 an: mundi constitutionem*, atque luculenter hanc tradidit veritatem August. c. 5. de prædest. & gratia recit. cert. 5. n. 12. & tract. 110. in Ioan. inter med. & fin. sic scribens: *Nos enim ex qua ei reconciliati sumus per sanguinem filij, ius nos capiti dilexi, sed ante mundi constitutionem dilexit nos, ut cum eius unigenito etiam nos si essemus priusquam unum aliquis essemus: quam etiam sententiam tradidere Patres recitati eo cert. 5. totis n. 11. 12. & 13. ac sparsim q. 5. & omnibus fere certaminibus maxime cert. 1. a. n. 2. ad 6. & cert. 4. n. 2. Primi verò syllogismi maior, euident est, cum enim, vt quid absolute in aliqua duratione sit, atque esse pro illa dicatur, in se absolute esse debeat, nihilque quod plura absolute existentia, vel tanquam sui constitutiva, vel quouis modo essentialiter requisita ad ipsius esse, & existentiam absolutam supponit, absque eorum omnium absolutam existentiam, pro naturæ priori, esse in se absolute possit, si planè, neque ipsum pro duratione pro qua ea omnia, quibus constituitur, vel quæ, vt absolute sit, essentialiter absolute esse supponit, absolute non sunt, posse vllatenus absolute esse: imò neque absolute pro ea duratione absolute esse absque aperta contradictione cogitari: iam eiusdem syllogismi minor (nempe omnem effectum, & operationem creatam absolute solum temporealem esse, ac non æternam) de fide est. Totum discursum vti euidentem admittit sententia connotantium creator, & illustrator (cum Durando in 1. d. 14. num. 7. admittit in simili demissione personarum) Vasquez 1. p. tom. 2. & d. 120. num. 9. probans, eas absolute temporales esse, ac non æternas: quia, etsi processionem, quas in recto dicunt æternæ sint; ast effectus, & operationes ad extra, quibus missiones illæ in esse missionum complentur, temporales absolute sunt ac non æternæ: & Herize quidem voluntionem Dei solummodo necessariam, sua illa sententia connotantium explicatione memorata, æternam videtur admittere ob discursum factum. Nec videre è ait, quo pacto, qui liberos Dei actus æternos admittunt, Deum nunc in tempore libere eosdem actus exercere defendant, cum ad præteritum potentia non detur: quare vt liberi nunc, & pro quavis antea, vel futura duratione posse absolute deficere, & antea non fuisse conceptos ex æternitate: imò, quovisq; connotata extrinsecam cuiusque accedunt concipi à Deo non possit, videtur sentire: verum quo pacto id fiat, ac defendatur clare explicuimus quæst. 5. cert. 5. a. n. 4. quo autem pacto se ipse à Catholico dogmate in scriptura expresso de æternitate liberæ voluntionis Dei expediat, ego non video.*

2. Alij connotatores tutius in fide Syllogismi evidentiam tentata alterutrum præmillis constantia diuersimode eludere conantur. Primum maiorem esse veram aiunt, de constitutivis æternis alicuius in recto, secus de connotato, & in obliquo: cæterum si constitutivum intrinsecum æternum sit illud de connotato, & in obliquo modi nostri concipiendi, & loquendi negotium est; non autem ipsa illius, quod utroque constituitur: quod procul dubio absque utroque absoluta existentia, nunc v.g. neque in se nunc esse, neque durare potest: quare neque ex æternitate, pro qua creata & temporalis solum, absolute actio non fuit: sicuti, etsi vox hæc altum subiectum solum in recto dicat, quod nunc est, & albedinem in obliquo, si hæc abest nec nunc, nec quamdiu albedo abest, album absolute erit nec verè esse absolute dicetur. Secundum in horum sententia totam libertatem volitionis diuinae nec partem solum illius in operatione temporali creatam consistere verè censuit Herizet, & nos supra certam. 6. & patet ex eorum ratione: quia id solum liberum exercitium est, quod est re ipsa defectibile; nihil autem Deo intrinsecum adhuc inadæquate, & partialiter defectibile est: quare cum tota defectibilitas in operatione, seu effectu creato, & temporali sit, in eis erit tota, & adæquata libertas; quin ex æterna Dei volitione, & creata operatione, seu effectu compingatur, aut vocum illarum, in recto & in obliquo, elusio locus manet.

3. Quod si distinctione illa, in obliquo, & de connotato à constitutione intrinseca libertatis diuinae creatam temporalem operationem, & effectum excludant; eamque tanquam terminum solum necessarium connotationis volitionis Dei in qua huius libertas formalis adæquate constituitur: si realis, & vera connotatio illa & respectus sit, ut est Dei libertas: inquiram: an operationem, seu effectum creatum, & temporalem præsupponat, eoque posito posterius natura resultet: vti de prædicamentibus relationibus nonnulli & de aliquibus modis realibus communiter in Scholis merito admissis communiter etiam admitti debet? An verò non supponat connotatio illa, & respectus realis temporalem creatam operationem, & effectum; sed illa potius secum afferat veluti actio terminum, & antecedit? Si primum: hoc etiam in maiore illa Syllogismi præoccupatum est: quia, etsi non constituant operatio, vel effectus temporalis absolute existens connotationem illam, in qua Dei vera libertas præsupponitur, eo ipso, quod eius absoluta existentia debeat præsupponi, & præcedere, ut connotatio resultet, quamdiu temporale illud absolute non exultat, neque connotatio, & respectus ille resultabit, nec absolute erit: sicuti, nec relatio, aut scissio quamdiu terminus absolute non est, aut deficit absolute sedens. Secundò cum à positione, & existentia alicuius creaturæ temporalis pendeat connotatio illa creata etiam, & temporalis erit, & ex qua Dei libertas in exercitio, siue Dei volitio libera, qua talis temporalis, ac non æterna eodem syllogismo demonstratur. Secundum: inquiram, an connotatio illa extrinsecum quid Deo, eiusque volitioni necessaria sit? & tunc temporale, & creatum quid erit neque illa maioris veritas tenebescit, neque vis syllogismi lassatur. Si verò dicas connotationem illam Deo intrinsecam esse cum creatam operationem antecedit, & afferat, tanquam terminum, cui inseparabiliter de se conexa est: idque necessaria communis, & indifferens ad creatam omnia obiecta minime habeat, libera Dei volitio intrinseca per te erit, & connotantium sententiam deseris. His etiam præclusa alia vocum eluso de requisitis ad denominandum, seu denominatiuè solum, quam supra detegebam: atque in aperto posita luce obmutescebat ipsa.

4. Secundò alij eundem maiorem eiusdem veritatem multis hinc inde correpitis exemplis, & instantiunculis obnubilare contendunt apud Ariagam d. 2. citata sect. 1. sub sect. 2. num. 7. Nam nunc grandæus homo senex absolute est, ac verè senex esse dicitur, ab annis quæ præterierunt: & filius, verbi gratia, Petri à generatione, quæ centum annis præcessit, & victurus anno, qui nondum est: & tandem scientia nostra de futuris, & præteritis, quæ absolute non sunt, immò & diuina ex æternitate, & per æternitatem vera est: etsi obiecta, quæ earum complent veritatem absolute deficient: quare mirum non

est, si creata temporalia, antequam de presenti absolute sint, æternum aliquid constituere possint. Deumque liberè ab æterno, & in æternum volentem denominare: sed enim denominationibus hisce de presenti absolute prolati & veris denotatur non esse absolute partis alicuius à qua sumitur denominatio: ac proinde tantum absolute, ut illius partis actualis absolute esse ad eas denominationes, earumque veritatem requiratur, ut potius, si actus & absolute adesset, earum denominationum veritas destrueretur: ita ab annis multis iam elapsis, si actus dicitur: à tempore, quod iam abiit, præteritum, & futurum pro tempore quod nondum aduenit: vel le autem id ad denominationes alias, quæ absolute actum negationem alicuius, à quo desumuntur non important ridiculum est: aliqui dicit verè me brumali hoc tempore, quo frigeo calidum esse: quia æstiuum tempore aduenit mihi calor & incallescere: sunt, & denominationes aliæ, quæ, licet formæ à qua desumuntur negationem absolute actum non importent, ex nihilominus transacta præstunt habitualiter, cuiusmodi est filij denominatio, ac etiam peccatoris, quædam actio peccaminosa præterita retracta non est: & similes plures, à quibus etiam ad alias omnes veras denominationes consequentia inest solum, ac stolidè ducunt; maxime ad eas, quæ actualis agentis, & actionis alicuius exercitium important, ut libertas in actu secundo, & exercitia de qua agimus. Neque enim hesternæ, vel crastinae actionis agens aliquid agere suamve actuum facultatem hodie exercere dicitur: sed solum actione hodierna agere: dicit hodie poterit.

5. Ad illam instantiam, de scientia futurorum eius, veritate, censet Ariaga §. Sed contra n. 8. adæquatam esse veritatem actu, & de presenti non esse: sicuti neque est adæquate in se totum, quod senectus importat: fallunt tamen, si de subiecti veritate loquatur: hæc quippe tota in intrinseca scientia, seu præscientia de futuris (et idem est de scientia de absolute præteritis) entitativa concomitate intentionalis representationis est; quæ quidem ut actu absolute, & adæquate sit de pure futuro non solum temporis, pro quo fore obiectum præsentat, & indicat, verum & obiecti absolute actum negationem importat: quæ, si actualis, & absoluta obiecti positione, non esset, falsum iudicium de pure futuro redderet: quare, ut de presenti verum sit, atque actualis eius veritas de presenti adæquate subsistat, actualis futuri obiecti absolute negationem requirit: sed inde contra evidentiam maiorem syllogismi nostri prorsus videtur nebula excitari: cuius vitandæ, ac præueniendæ gratia eam solutionem Ariaga videtur aggressus: etenim præscientia Dei de futuris (v.g. de Antichristo futuro) ab eorum existentia absolute per sua durationem pendet: hæcque proinde ad præscientiam diuinam æternam intrinsecam veritatem requiritur: & tamen absolute actu futura (v.g. Antichristus) non sunt: immò ab æterno fuissent, vera de eorum pura futuritione Dei præscientia non foret: ergo aliquid requisitum, & præsuppositum ad aliquid æternum, & Deo intrinsecum, & actualiter potest esse temporale, & creatum contra maiorem syllogismi primi nostri argumentum, quam ut evidentem videret. Ab hac porro difficultate agere de Ariaga Ruiz & alij, qui eandem esse de libertate scientiæ & volitionis diuinæ erga creatam obiecta æstimant difficultatem: atque ab vnius libertate ad alterius libertatem per immutabilitatem, & per extrinsecam creatam confirmationem eadem argumenta æque duci, & virgere putant, & virgent semper: quod questionis huius præfatione præcautum volumus, monuit lectores meos præcauendum.

6. Ea verò nos cautione præmissa facile ex dictis, cum præfatione questionis, tum proximè n. 4. difficultatis huius offuscas evidentiam maiorem illius nebulas abigemus, & figimus: ut enim præfatione illa diximus, libertas tota scilicet Dei de creatis obiectis absolute scientiæ præteritis, & præsentibus, siue futuris (de quibus præscientia est in qua difficultas proponitur) scientiæ ipsi intrinseca non est, sed extrinseca solum, & mutuo (ut sic dicam) accepta ab obiectis existentibus, & appositione: quia vili ex parte scientiæ ipsius, Deive ut intellectui, & cognoscentis libertas creatur: siquidem intell. Acti Dei potentia, ac Deus, quæ ea gaudet, liber haud quamquam est. Unde in scientia de ob-

soluta quavis existentia creatura contingentem, & libera non solum exercitium actuale libertatis de facto non esse sed neque esse illatenus possit sed totam infinitam actualem representationem, & scientiam, siue omniscientiam obiectorum omnium, & cognoscibilium, siue necessarium, siue contingentium, simul, semelque à Deo, quæ summe, & infinite cognoscit: & ex Deo ut primario & adequato scientiæ suæ specificatio obiecto, ante, & independentem à reliquis obiectis siue necessariis, siue contingentibus veritatis, & cognoscibilitatis obiectiue præhaberi, non solum entitativè veram, sed determinatè veram, & infallibiliter, siue infallibilem: ut ostendit controuers. de scientia, & præsentis controuers. non semel. Vnde obiectiua solum veritas extrinseca spectatur, ut terminet solum, non ut determinet ad sui cognitionem: quemadmodum de omnipotentia à rerum possibilitate omnino absoluta philosophamur: nempe tam independentem à possibilitate formalem actualem esse omnium productivam virtutem; etsi, ut facilius ipsa passiva sit, possibilitate sua egeat, quæ ipsorum extrinseca capacitas est ut fiat, à formali omni auctoritate, & omnipotentia Dei, ad quam neque, ut constitutum pariale, neque, ut requisitum præcedat.

7. Ex quo claret, quo pacto sola contingentia obiecti Dei scientiam contingentem, & liberam esse possit, cum ad omne cognoscibile apta nata representatio actualis de se sit: neque ipsam, neque ei identitatem veritatem subiectivam de esse posse; sed, obiectiua veritate contingentis deficiente: ad illud non extendendum, sed ad eius potius contingentem etiam absolutam negationem: secundo, cum obiecta extrinseca passivè representabilia, & verè per Dei scientiam, non sunt solummodo præsentia siue absolute actu existentia, cum cognoscuntur, verum, & præterita, & futura futurorum prædicte veritas intrinseca stat in conformitate intentionali absoluta cum futuris, ut per præscientiam, ita intentionaliter representantur, & iudicantur; representantur autem, & iudicantur non esse absolute actu pro duratione temporaria anteriore, sed pro posteriore, pro qua absolute erunt: quare conformitas intentionalis intrinseca præscientiæ cum suo obiecto (etiam nostre creaturæ) penitus non esse anteriori duratione ad eam, quæ de præsentis erit: ac proinde idem argumentum sit ex sufficientia futuritionis obiecti extrinseci temporalis quod nondum temporariè est, ad veritatem præscientiæ Deo æternam intrinsecam, etsi obiectum prærequiritum ad illam esset, ad sufficientiam connotati extrinseci temporalis præcedentis, siue ut pars, siue, ut aliquo tandem modo prærequiriti ad exercitium actuale libertatis diuinæ quod habet à constitutione, & denominatione sensus: virgeret quidem, si ex parte scientiæ diuinæ de contingentibus, siue intrinsecæ eius veritatis exercitium aliquod libertatis ab æterno exerceretur absolute: etenim, si absoluta illa scientiæ actualis intrinseca prærequiritum temporali ad sui absolutam existentiam satis haberet, haberet etiam actu absoluta æterna libertas prærequiritum temporali satis.

8. Minoris eiusdem primi syllogismi evidentiam tentant alij connotatores recentis: quia connotatorum creatorum & temporalium, ut actualis absoluta existentia ab æterno, & æterna non sit absoluta eorum futuritionis æterna seu æternitatem est, ac proinde æternæ veritatis est, ac subinde in ordine ad extrinsecam temporariam durationem fore ab æterno à Deo cognoscitur. Verum in primis, si rei temporalis futuritionis aliquid verum, & reale ab æterno absolute esset creatum aliquid procul dubio esset, & æternum contra fidem. Secundo: nec solum hæc æternitas voluntatis liberæ diuinæ saluatur, siquidem duratione sua elapsa futurum in præteritum, & sui non esse à parte post æternum transit. Tamen voluntatis liberæ Dei æternitas, absoluta vtriusque æternitas est. Tercio tam futuritio, quam præteritio rerum duo essentialiter inuoluit, & non esse absolutum rei in hoc instanti, & eius absolutum esse anteriore duratione, si præterita res sit, vel in posteriore si futura: quæ duo, ac pro vno instanti simul, nedum pro antea, vel successiva tota æternitate; abque contradictione esse non possunt: quare implicat rei futuritionem ab æterno

absolute, & adequate sumptam fuisse, vel præteritionem eius adequate usurpatam in æternum fore. Illud de obiectiue æternitate veritatis futurorum dissectum sapere, & proximè fuit, siquidem obiectiua veritas, seu capacitas rerum, ut sui terminent cognitionem, absolutam earum existentiam pro aliqua adhuc duratione non requirit, nedum de præsentis, dum cognoscitur, quam ut dixi requirit actualis ab æterno constitutio exercitij liberi per res extrinsecas, siue tanquam partes, siue tanquam quid absolute, quouis modo, præsuppositum. Ab hoc argumento Thomistica solum præsentia rerum temporalium physica in æternitate vocibus saltem expeditior esse posset; sed iam vidimus controuers. de scientia, quam sit ea doctrina difficilis, & absurda: neque ad rem hanc à Thomista vllò usus doctrinæ illius hætenus fuit: quare autem, ignoro: eius quippe præsentia dequorata non modicus fructus præsentis mysterij composicio, & explicatio foret.

9. Verum, & creatorum effectuum, & operationum temporalitas æternæ libertatis exercitii diuinæ constitutioni non repugnaret; obesset tamen eorum insufficiencia. Neque enim tot extrinseci effectus, siue reales, siue modales assignare possunt, etiam si operationibus creatis, non autem earum effectibus, quos pro diuersitate, & numero possibilium affectionum liberorum voluntatis diuinæ sufficienter multiplicari non posse est evidens ex dictis certam. 4. numer. 1. iuxta Arrabalem, Heritæ, & eorum sequaces connotatores reliquos, quos eo certam. à numer. 2. etiam nostris suppetitis adiutoribus haud segnitè confutamus. Ad hominem etiam confutari ab hac insufficientiæ parte eorum plerique valide possunt, qui absque vlla extrinseca operatione, aut effectu sola condonatione libera Dei extrinseca peccatori, Deoque proinde prorsus intrinseca, remitti mortale à Deo, etiam quoad culpam, posse opinantur: id quod in remissione defectu venialium cum gratia habituali, eiusque infusione, & operatione in anima compossibilem virginitus videtur: cæterum, etsi ita de possibilitate remissionis mortalium quoad culpam etiam opinantes virgeat, nec solutionibus, quas referunt, confutantque Ruiz d. 12. sect. 1. & Arriaga satis se expediant, tamen, quia principium illud de possibilitate remissionis peccati mortalibus quoad culpam minus mihi firmum, & probabile est: ei argumentum & solutionibus inscandis non insilio: neque argumento de expulsiōe venialis, quod per solam gratiam non expellitur, sed, mea sententia, ut coniunctam cum sufficienti retractatione (siue per attritionem in Sacramento, siue extra illud per contritionem) cuius intuitu gratia ipsa conferretur: quare semper in eius remissione extrinsecum connotatum facile assignari poterit.

10. Tertium contra connotantes argumentum, illudque grauissimum, docte lateque, & posuit, & perfecit est Ruiz d. 11. sect. 6. ostendens magnam grauissimamque Theologicarum, & positivarum questionum partem inanem prorsus, difficultate vacuum, ac pene ridiculam in horum sententia reddi. Aliqua horum expendimus de inanitate præconiorum efficaciarum decretorum diuinorum certam. 5. à numer. 2. ad 5. inclusivè. Alia vero omittimus quia constitutionem libertatis scientiæ diuinæ, sicuti, & decretorum Dei immediatam ipsi supponunt, nec solum mediaram; & ab obiectis contingentibus extrinsecis mutuo acceptam; & per extrinsecam subinde denominationem solummodo diuinæ scientiæ conuenientem, cuius oppositum, ut probabilius arque scientiæ mediæ proprietati tuenda necessarium, tenendum est. Alia item falsè alteri, & à nobis contra ipsum Ruiz statuta sententiæ question. 5. certam. 5. à numer. 4. de æternitate cum à parte ante, tam à parte post libertatis siue exercitij liberi voluntatis diuinæ innititur: quare vnum, vel alterum exemplum attingemus: & in primis ea quæstio inanis, ac resolutionis eius vni cum apud Theologos omnes fundamentum omnino nullum, & impertinens erit: An scilicet Adamo non peccante Christus veniet? ex vi siquidem præsentis decreti iuxta hanc sententiam per se notum est, & indisputabile non venturum. His siquidem extrinsecis, aliquove eorum quæ defecto fuerunt, nempe Adami peccato deficiente non posset non decretum hoc, & ex vi illius Incarnatio

desicere: & tamen eo sensu à Patribus, & Theologis disputatur. Secundo Theologi omnes de eo disputantes supposito peccato, & iis omnibus, quæ defacto in Incarnatione, & ex Incarnatione fuerunt, disputant: an ex sine communicationis sui summæ ad homines, & instructionis eorum decreta defacto fuerit ea Incarnatio, ita ut quamvis peccatum non fuisset, vel eius non intendere redemptio Christus veniret, atque ex revelatis Deo de suis decretis erga Incarnationem definiendum esse conveniant, cum inde tamen definiendum minimè in hac Sententia sit, sed ex iis, quæ à Deo extrinsecus posita sunt, quibus immutatis decreta variari nequeunt.

11. Dicunt adversarii revelationem, extrinsecus etiam à Deo poni: eaque decretum ob hunc finem, vel motum adequatum, vel inadequatum Incarnationis constitui: quare merito ad scripturam, & revelationem, possit etiam extrinsecus reliquis, ad questionis decisionem esse recurrendum. Sed contra primo: ergo Deus non potest decretum Incarnationis (& idem de reliquis similibus est) à creaturæ rationalis notitia omnino sequestrare: siquidem quin illud revelat habere decretum non potest. Hoc autem in decreto Incarnationis contra constantem Patrum, & Conciliorum doctrinam est: quæ passim, & Incarnationem ipsam abditissimum reconditissimum, & arcanum Dei mysterium prædicant, eequidem mysterij abditissimi creaturis in Deo est, quod nisi earum notitia haberi, concipique à Deo ipso non potuit? Vbi item in Deo rationalibus creaturis commune ius secreti: si ea, quæ apud se Deus statuit, natura & essentia sua rationali creaturæ sunt in propatulo? quorsum item illud profundorum Dei consiliorum mirabundum præconium Isai, 40. *quis adiuvit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* & Sapient. 9. *quis enim hominum poterit scire consilium Dei, & cogitare, quid velit Deus?* & ad Roman. 11. *quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Si nec sensum, nec Consilium, nec decretum absque revelatione ad rationalem creaturam facta, atque huius notitia, quidquam Deus potest decernere iuxta hanc solutionem? & quomodo iuxta generalem connotantiam doctrinam cogitare quid Deus velit nemo potest: si extrinsecus creatis eius operibus, de quibus cogitare homines, & Angeli procul dubio possunt quidquid velit constituendum necessarium est? Secundo impugnatur solutio: quia, si revelatione decretum liberum, & determinatum revelandum est, debet esse & præsupponi ante ipsam revelationem implicitè revelatum. Tertio, cum ante omnem revelationem omnia tam intrinseca Deo, quam extrinseca eodem modo indifferenter ad decernendam verbi gratia Incarnationem, vel non decernendam, vel ex hoc adequato, aut inadequato motivo, vel ex alio: se velle vel nolle, vel ex hoc vel ex alio motivo Incarnationem, æque poterit revelare.

12. Irridendi insuper Patres, & scholastici omnes forent, qui tamdiu, tanquam in re difficillima anxie, & subtimidi in concordia prædestinationis diuinæ cum nostri arbitrij libertate laborarunt: cum facilis adeo obviaque (si verosimilis) concordia esset: eam libero nostro consensu, qua speciale, & liberam, vel tanquam inadequato complemento, vel essentiali prærequisito constituit. Et hæc quidem, & pleraque alia Theologica vacua, & prudenti (necum subtili disputatione) indigna iuxta connotantes hosce inveniuntur: sed, & sua hac sententia Deum liberum ad volendum creatura obiecta (quæ, utpote limitatæ bonitatis ad vllum sui amorem, nedum ad eum quo aliquid in ipsis, vel circa, aut in ordine ad ipsa operetur ipsum cogere nequeunt) & amabilia absolute esse non admittit, inefficaci adhuc desiderio, quo tamen nihil ad extra operetur. Demum connotantes immediatam contradictionis libertatem, siue potestatem ad puram volitionis liberæ, aut nolitionis omissionem diuinæ voluntati denegant, solamque libertatem contrarietatis ad suos affectus verbi gratia ad volendum, vel nolendum admittunt: cum tamen pro tota antea ad mundi creationem æternitate, pro qua nihil omnino ad extra operatus fuit, solam contradictionis immediatam libertatem pura omissione volitionis

Deus exercuerit, ni eorum sententia, nec potius pro tunc, & quoties eodem modo se gerat contrarietatis libertatem volendo positive creare mundum se gerat: etenim, cum nihil operatur extrinsecum connotatum, quo Dei libertas exercetur, & completur, ac constituitur pura rei, vel eorum negatio est: id autem, quod pura negatione constituitur pure negatum est, nec potest esse potest: volitio autem necessaria indeterminata, quæ horum sententia supponit, nihil determinat, & exercitij contingentis ac liberi Dei est, lectum in extrinseco connotatum est: quare, si hoc pure negatum est, ut fuit tota antea æternitate mundi creatio, & est, æternamque erit erga infinitos pene mundos, & res, quæ nunquam à sua possibilitate ad existentiam absolutam excludentur, tota determinatio Dei contingens, liberumque potestatis suæ indifferenter exercitum pure negatum, & suspensum volitionis creandi mundum erit: non autem positum volitionis creandi alios mundos vel hunc pro antea æternitate pro qua illum non produxit: confert ergo libertatem diuinæ volitionis extrinseco aliquo creato constitui completique minime posse, & subinde intrinseco Dei omnino constitui: ut proposuimus certam, & à certam. 2. & hucque, omni ex capite, & modo extrinsecis connotatis exclusis, ad falsitatem fere proximis.

CERTAMEN VIII.

Difficultatibus contra nostram sententiam Patroni præcessores hanc quaquam satisfaciunt.

1. A Defectibilitate liberæ volitionis & contingentis etiam quæ in Deo de facto est absolute & defectu & separatione, eius quæ defacto non est, effectum absolute ponit, (ut decretum creandi mundum ut quæ alias nunquam absolute productas, vel productas) & consequentibus difficultatibus vnicè sententia nostra hæctenus fuit impugnata: potest tamen ex alio conceptu quem exercitum liberum dicit, supraque contra connotantes notabamus certam. 6. numer. 13. effectum tamen, cuius ad liberas ipsi operationes, & actus creatum liberum est, essentialiter supponit: quæ distincta actiuitas, siue actiua potestas, si ipsi ablit, quatenus effectus, & operatio contingentes natura & essentia sua sunt: respectu tamen illius contingentes, & liberæ non erunt: quare ipsæ sibi contingentes in essentia alteri vero non erunt contingentes, & liberæ in operatione, ex primo conceptu defectibilitatis essentialis in essendo, quam operatio libera importat arguitur primo liberam Dei volitionem Deo ipsi adequate identificari non posse: cum indefectibilis ipse, ac necessitate existentie essentia sua sit, ac libera Dei volitio defectibilis, ut dixi, atque existentie contingentis, implicitè autem idem est, & physice, atque entitativè ipsum defectibile physice, & physice indefectibile esse, ut Deus cum volitione sua libera adequate identificatus procul dubio foret. Secundo realis separatio vnius ab alio notissimum atque indubitissimum est distinctionis realis signum, & saltem indubitissimum argumentum: quia per se notum est adequate ipsorum argumentum: quia per se notum est idem, siue se ipso realiter esse non posse: atque Deum idem volitione libera creandi mundum æternitate antea ad tempus productionis mundi in tempore separatus creatum existitque, à volitione libera creandi quaquam aliter mundum: ergo physice, & realiter ab ea distinguitur. Tertio quidquid Deus physice est ens à se est, volitio autem libera ens à se non est: ergo nec Deus physice, & realiter est. Minor est certa: quia quidquid liberum est contingens in se est, necessitate existentie non est: sed ens ab alio est: ergo creatura est: at volitio libera Dei ens à se siue necessitate existentie non est: Ergo creatura est: implicat autem creaturam identificari cum Deo. Demum implicat Deum siue id, quod respectu Deum

idem physice est absolute non esse, siue esse absolute nihil; atqui volitio libera Dei potest absolute non esse seu esse absolute nihil, imò defecto volitio libera Dei creandi alium mundum, vel hunc annecto ad tempus quo hic capit, absolute non est, estque absolute nihil: ergo implicat volitionem liberam esse Deum.

2. Hæc, vt dixi, ex prædicato essentiali liberæ operationis, & contingentie ipsi intrinseca in essendo contra eius per Deo intrinseca adæquatam constitutionem opposita ex antiquo sunt: & quibus hætenus plene satisfactum non est, vt summam relatis & configuratis solutionibus hucusque datis clarebit. Respondent primo Machinus supra sect. 3. Albertus. principio illo 6. punct. 2. Didacus Ruiz d. 12. sect. 1. numer. 17. §. *Ad argumenta* & 18. & d. 13. sect. 3. a numer. 15. vbi inchoat solutionem argumenti 4. ac reliqui fere pro nostra hac sententia citati, quibus præiit Soarez citata d. 30. met. liberam Dei volitionem quoad entitatem suæ in essendo æque esse indefectibilem ac necessariam ac volitio necessaria Deique ipse, quibus reipsa identificatur, necessaria, & indefectibiliter sunt: esse vero defectibiles, quoad denominationem, siue in denominando Deum libere volentem. Quod si ad hanc denominationem, quam aliquando, quoad efficaciam, & determinationem ad creaturas appellant, siue ad denominandum Deum libere hanc præ alia creatura volentem creaturarum absolutam essentialitatem prærequirant vt quandoque videtur Soarius insinuare: à sua hac sententia deficiunt, atque aperte ad comotantes transigunt: verum si atterere legantur, est creatum aliquid ea denominatione concerni dicant, non tamen quid præsuppositum, sed vi liberæ volitionis Deique libere volentis pro priori absolute constituti, & denominati tanquam terminum efficacie liberæ volitionis Dei concerni, & connotari docent. In hac vero explicatione ipsis consequentior in efficacibus liberis Dei volitionibus locum non faciunt. Solutioni huius communi voces, quibus vim argumenti implicent potius quam expediant, addunt nostri Castellani, & Complutenses Recentiores respondentes liberam volitionem Dei in essendo realiter formaliter necessariam esse; realiter vero virtualiter liberam & defectibilem; in denominando vero realiter formaliter etiam liberam esse quæ verba eo tendunt vt solutionem aliam de distinctione reali virtuali, non autem reali formali volitionis liberæ à necessaria mox impugnandam hic mifceant vt solutionis falsitatem contegant: & solutionum confusione lucem impugnationum obnubilent: sed cum denominatio forme, vel quasi forme adæquate sequatur esse ipsius in se, & in subiecto; si esse reale formale solummodo necessarium sit, realis formalis denominatio, tam in volitione, quam in Deo volente realis formalis necessitatis erit: nec libertas realis formalis sed virtualis solum Deo volenti eiusque volitioni conueniet. Vnde esse realiter formaliter in denominando veram, contingentem & defectibilem cum sola asserta reali virtuali defectibilitate in essendo, omnino implicabit. Vniuersum ergo solutio hæc contingentie, & defectibilitatis intrinsece volitionis liberæ formaliter Dei, non in essendo, seu quoad esse, sed solum quoad denominationem, terminationem efficaciam, & similibus, quibusvis aliis explicata facile reuocatur, quia si eis vocibus aliquid verum, & reale præter voces additur volitioni necessariae Dei ipsiusque intrinsecum, in eo totæ, & omnes difficultates instaurantur; si nihil præter voces ipsas affertur verbis factis, quibus apud doctos eludi adhuc nedum solui difficultates nequeunt: secundo cum denominatio omnis, non ficta, sed realis, & vera ab esse forme adæquate, & coniunctione cum subiecto capaci tantummodo sumatur: imò nihil prorsus præter tria hæc sit: cum necessitate pura volitionis Dei in essendo contingentie, defectibilitatis, seu libertas eius in vere ac non recte denominando, nequit absque contradictione conflare.

3. Salmantini nostri Recentiores, quos Herize pressio nomine laudatos refert, lateque refellit cap. 7. & sicuti postea sunt Recentiores nostri Castellani, & Toletana Pontificia quam plures, ex potentia reali virtuali, cum intellectua, cum volitiua ad suos actus, & distinctione

reali virtuali personalitatum ab essentia, quas in diuinis admittunt, & statuunt, præsentem difficultates componunt. Aduert enim liberam Dei volitionem, Deo prorsus intrinsecum ipsius essentia, ac volitioni necessaria realiter quidem formaliter identificari; ab ea tamen realiter virtualiter distingui: quare, & defectibilem hanc esse posse absque realis necessitatis essentia, ac necessitate volitionis, cui identificatur præiudicio: & obiter difficultati alteri, hætenus minus instructæ à Theologis ab acuitate eius, cui libera futura volitio, & operatio est ad hanc necessario præsupponenda, vt non solum operatio in se, & in essendo, sed, & agentis in operando sit contingens, occurrere hac doctrina poterit, cum non solum realis virtualis contingentia, & defectibilitas volitioni diuinæ in essendo, iuxta hanc doctrinam competat, verum, & Deo, eiusque voluntati realis etiam virtualis ad eam eliciendam actiua, & de se indifferens facultas. Totam autem hanc cogitationem ex mysterio Trinitatis (quod facilius minime est hoc, quod de liberis actibus diuinis fide etiam nobis traditum veritas) confirmant, sicut enim in illo, vt eius Catholica fidei dogmata teneamus, & grauius, quæ à ratione contra ipsa insurgunt, difficultatibus distinctionis virtualis realis subsidio nobis opus est, vt contradictionem communicationis essentia Patris Filio, & non communicationem personalitatis Patris, cui essentia realiter formaliter identificatur, atque item productionis personalitatis Filii, non autem essentia ipsi identificata euacuemus; ita similes in præsentis mysterio absque nouis expensis eadem distinctione in Deo ab omnibus admittenda pro mysterio Trinitatis euacuabimus. Vtramque vero realem virtualem actiuitatem voluntatis ad liberæ volitionis elicientiam, & huius à volitione necessaria distinctionem, & defectibilitatem notissimis iam suis terminis explicant ac definiunt: quod ita voluntas se ad volitionem liberam, quam realiter formaliter non elicit, ac si eam realiter formaliter eliceret, volitioque libera ipsa realiter necessaria identificata, ac indefectibilis, perinde se habeat, ac si realiter formaliter à necessaria distingueretur, ac subinde realiter formaliter defectibilis foret, ac defecto deficeret: & certe sententia hæc recentioribus citatis cunctis antiquior est: cum eam expresse referat Soarius d. 30. Metaph. sect. 9. numer. 19. angereque potius, quam soluere præsentem difficultates arbitretur. ac P. Amicus supra traditam à Fonseca 1. Metaph. cap. 8. quæstion. 5. sect. 4. & 5. & Salas tom. 1. q. 6. art. 3. tract. 3. d. 3. sect. 8. refertur.

4. In illam tamen præter Soarium, acriter inuehuntur Herize proxime Alarcon d. 4. totis subiectionibus duabus, Quirós d. 50. sect. 4. numer. 28. §. *Quarta Sententia* distinctionem, & physicam actiuitatem reales virtuales in Deo reieci, tanquam ipsis explicatione & definitione ab eius assertoribus adiuuentis terminis implicatorias; siquidem eæ, cum tales absolute, & realiter non esse asserantur, virtualitatem illam distinctionis, seu defectibilitatis, & defectionis realiter, & vere non esse satis produnt quod autem alias contradictoria nobis reuelata in his libertatis, & Trinitatis mysteriis Deus subeat, quæ nihil aliud absque distinctione reali formali possit subire, nullam distinctionem realem, sed potius summam, & perfectissimam Dei unitatem, & identitatem realem ostendit vt dixi contra de Trin. & contra de Incarnatione, & explicatus ostendam cert. 9. Secundo vt controuerſi de Trinitate contra distinctionem realem virtualem arguebam: Ad subeunda prædicata contradictoria de se realis distinctio requiritur: quare, si contradictoria realia formalia sint, realem formalem distinctionem requirunt: item ad aliam conceptum volitionis liberæ operanti requiritur realis physica actiuitas per hos: ergo pro modo & realis distinctionis, & defectibilitatis, & defectionis vnus permanente alio necessario, & pro modo actiuitatis realis ad illud esse defectibile, erit libertas vera, & realis: atqui, & distinctio volitionis liberæ à necessaria, atque ibi fundata illius defectibilitatis realis, insuper realis illius productio, ac voluntatis diuinæ actiuitas physica in illam, reales solum virtuales tantummodo sunt: ergo realis tantum virtualis, non autem realis formalis, & absolute talis libertas in scripturis expressa, Deo eiusque volitioni er-

E. GA
DARI
Ia

ga creaturas hac solutione datur ac defenditur. Tertiò
si ad veram realem; nec solum scitã ratione, activita-
tem physicam, & productionem, quæ ad exercitium li-
berum requiritur: sufficit realis virtualis actuitas, &
productio, ac per eam verificatur absolute aliud diu-
num ab alio diuino producti, evacuatur omnium Con-
ciliolorum, & Patrum argumentum ad distinctionem Pa-
tris à Filio conuincendum ex scriptura: in qua solum af-
fuerit alterum Patrem ac subinde generantem esse; al-
terum vero ab ipso genitum, & filium: & quantum in
creatis realis formalis actuitas, & physica productio ne-
cessaria sit ad Paternitatem, & filiationem: etiam in
creatis realis formalis actuitas, & physica productio re-
quiritur ad exercitium libertatis; & tamen absolute
sola realis virtuali per te arguatur, si hæc admitti
Triunitatis mysterium alio aliquo, *quæ sunt eadem mi-
tertio sunt eadem inter se desumpto*, liberaretur sola vir-
tualis reali personarum distinctione, & aliam ab aliis
processione.

Quæritur mysterium Trinitatis, et si identitatem essentie cum tribus personalitatibus inter se difficiat continere, non tamen cum aliquo defectibili, & quod absolute non esse possit atque ab ea separari: quod vni cum inexcitabile realis formalis distinctionis argumentum naturale, & euentissimum est: est hoc mysterium de adæquata identitate actuum liberorum Dei cum ipso, & volitione necessaria, eius cum infinitis liberis, & defectibilibus physice, & realiter formaliter actibus iuxta hanc solutionem admittit: quod non re ipsa verum, & conceptu atque intelligitua ipsa longè difficius estimò & cum actu absolute deficientibus realiter formaliter v. g. volitionibus diuinis creandi mundos alios, & res innumeratas, quæ creare nolit: quibus, iuxta hanc solutionem, realiter formaliter identificari defacto dicendus est Deus: cum tamen non minus ab eis diuisus, & realiter formaliter separatus Deus sit, quam ego ab ipso, & aliis, quæ absolute non sunt, quibuscum proinde nullatenus identificari, separatus sum, & diuisus: quibus nihil simile in mysterio Trinitatis contingit: etenim essentia absque personalitatibus, quibus realiter formaliter identificatur, etsi ab eis realiter formaliter distinguatur, nullatenus aboluere est. Vnde arguo quinto deficiente per impossibile personalitate Paris, quam realiter formaliter Deo, cuiusque esse identificare hies docet: nec Deus hic, vt modo est, nec essentia hæc tribus personalitatibus realiter formaliter identificata persisteret: atqui modo deficient innumere volitiones liberæ realiter formaliter identificatæ Deo, cuiusque essentia: ergo, nec Deus, cuiusque essentia eadem realiter formaliter est, quæ foret, si illæ volitiones liberæ adessent: ac, si volitio, seu volitiones liberæ creandi mundum, resque omnes in eo contentas, imò vel vna volitio creandi pulcem absolute defacto defecisset: vt absolute defecere potuit: idem Deus eademque realiter formaliter eius essentia absolute non foret: quare doctrina hac non solum realiter virtualiter, sed realiter formaliter defectibilis Deus, cuiusque essentia, ac defacto deficiens admittitur. Denique cum eisdem ac metaphysice vnius prædicati, & formalitatis indiuisibilis realis virtualis à se ipsa distinctio, & defectibilis esse assignatur, mente adhuc, necne queat, volitio libera distincta à necessaria, & defectibilis realiter virtualiter diuersa formaliter metaphysice à necessaria erit, ipique realiter virtualiter superaddita: id quod, præterquam quod infinitati simpliciter, & genere suo volitionis, & è conceptu suo omniomnis diuini, etiam metaphysice repugnat, infinitati physice, atque eminentie entitatis physice Dei, ob quam solam defendi hæc nostra, & communior sententia potest, aperte derogat: aliouique vno aliquo, & independenti à nostra mentis cognitione, & rationis fictione sensu, volitioni necessaria superaddit, etsi illud fecundum quod esse dicar: quare in Caietani sententiam, à qua hi volunt abscedere, recidunt, vt Saur. vbi proxime aiebat, cum quo non possum non mirari Autores huius non potuisse intelligere Deum abde additione physica, & reali alicuius intrinseci potius velte creaturas, quod nulli euidenti naturali principio, si talem à Deo aperte, aduersatur: potius autem identificare realiter cum aliquo defacto

& qua realiter possit carere, ab eoque separari, imò à quo defacto separetur.

6. Tertiò autem dicitur Herize cap. 6, actus Recitator aiebat: volitionem necessariam Dei indifferentem esse, in actu primo consideratam, vt fit actus, seu volitio libera creandi mundum, vel ei opposita volitio, alterutrum vero harum ex suppositione, quod pro posteriori nature, fit debere necessario, & exercite existere; quin non existere ac deficere possit: alteram vero ex eius positione excludit, reddi ablutum non solum excludam, sed impossibilem: liquidem diuinum quodvis prædicatum essentia sua necessario actu, & exercite existit, ac proinde ex eo, quod actu, & exercite non fit, non esse diuinum aliquid vere diuinum, sed chimera esse diuinum & impossibile, ac pure ratiopsis figmentum: pro ipso conuincitur: quod fecus creatis volitionibus, quæ essentia sua actu, & exercite non sunt conuincit: ad quæ proinde, tanquam ad actus secundos reales potest fieri actu primo reals indifferentes potestas nolæ voluntatis, & in actu secundo determinatio ad alterum extremum reale; quæ tamen aboluta possibilitas existendi aliter extremo opposito non auferatur, sicuti determinatio diuinæ illius indifferentie in actu primo considerate pro volitionem creandi mundum auferatur, atque huius aboluta existendi necessitas inducitur; abque prædicato tamen libertatis: quia ex suppositione determinationis in posteriori nature, & actu secundo est: quare volitio creandi mundum verbi gratia cum præiudicio indifferens, vt fit vel non fit non intelligitur vt aliquid determinatum: cum ab eare reali diuinum, & ente rationis prædicatum: nihilque diuinum potestue defecibile admittitur: cum autem determinate pro exercitum libertatis potestue est, diuinum, & indefecibile est: chimica in primo solutio est. Admittit quippe pro illo inque indifferentia, & defecibilitatis prædicatum commune ente reali & rationis, entique positio, & negatio, seu negatio, necessaria, cuiusmodi est actus excludit pro oppositum, qui defacto ponitur: verbi gratia pro mundi volitionem: quare dicitur redditur nolito mundo abolute, & in re repugnans, & impossibilis: imò, & actus ipse, qui defacto ponitur ens rationis, & chimera esse possit si non apponeretur in hac sententia: quæ sunt terminis ipsius implicancia. Secundo ad liberum exercitum reale reallipotesst actua eius, quod fit pro illum exercit, requiritur quod ad alterum extremum de se impossibile, & chymicum esse nequit. Tertiò indifferentia illa non est potestatis physice, sed præcisionis prædicati communis ad differentias, quibus determinetur commune illud prædicatum ad speciem determinatam, vel individuum: quæ tota indifferentia potestatis logicæ, & rerum in operabilis, non autem potestatis physice rerum: in operabilis; quæ ad prædicatum commune in sui contractione, & determinatione pro differentiam ad speciem vel individuum inferioris exerceri nequit: Hoc quippe totum rationis sufficit, non physice potestatis, quod in prædicato illi communis fit: negotium, & exercitum est: Denique volitio, quæ de facto Deus est, prior indifferente potestatis non esse Deus, sed chimera & necessarium non esse, sed aboluta negatio necessaria, vt impossibilita relictæ, & volitio opposita pro volitionem excludat, quæ modo est chimera & impossibilis ac necessaria abolute negatio pro illo priori indifferentia potest abolute Deus est, ergo aliquid modo habere, esseque Deus quod tunc nec defecet, nec habere, potestque de se esse, habereque Deus aliquid quod modo nec esse nec habere: quare, & aliam intrinseci defecibilitate ad determinatione supra existens, & volitionem necessariam suam, velle libere Deum esse Caicatum, & affectis impugnantis admittit. Mitto plura vt otiosa.

[illegible]

CERTAMEN IX.

Caetani, & Affeclorum sententia rigide examinata & explosa.

1. **C**onfutati hæcenus nostræ sententiæ tuendæ modi eo tendebant ut volitionis ipsi Deo prorsus identificatæ adæquate libertatem, absque alicuius intrinseci Deo, ab eoque vero aliquo sensu, defectibilis additione, quare & eius simul physicam, & dogmaticam indefectibilitatem, simplicitatem, incompositionem & unitatem componerent: id quod, ut vidimus, nullus ex eis modis assecutus est: sed neque allequibile iudicantur Caetani, eiusque ingeniosi satis in re hæc sectatores qui à constitutione libertatis per extrinsecam connotatam abhorrentes, & per Deo omnino intrinsecum designantes; nihilominus id, & contingens, & defectibile in Deo esse (quavis nonnullis vocibus, & explanationibus sententiæ suæ duritiem emolliant) absolute fatentur: igitur Caetani sententiæ huius primus Professor 1. p. q. 19. art. 2. §. *Adhuc est dicendum*, & §. *Ad hoc petest*, ac rursus 3. p. q. 1. art. 1. docet volitionem Dei liberam addere supra necessariam aliquid Deo intrinsecum distinctumque, & in se, & ab ipso defectibile, & separabile: id autem esse entitatem, & perfectionem non absolute, & simpliciter talem quæ necessarius Dei prædicatis conveniant, sed secundum quid, quod additum diminutus est, atque ipsa voce libere significatur: explicat autem citato §. *Adhuc* additamentum hoc maioris extensionis, & extensius ac non intensius perfectionis nominibus. Fonsicæ to. 4. metaph. lib. 7. cap. 3. q. 1. sect. 5. audacia, & periculi Caetani sententiam accusans; tamen ipse, & volitiones liberas Dei, & inter se, & à necessariis distinctas virtute entitates, & extensiones quasdam seu determinaciones ad creatura obiecta Deo intrinsecas, & à Deo defectibiles & separabiles, vrpote liberas: ut extensionis, seu terminationis nominibus esse entitatem secundum quid, sicut Caetani denotaret: tamen, ut ab eo videretur discedere illo modo perfectiones esse, non satis consequenter, negat: quo ostendit se non ad sententiam distinctionis, & defectibilitatis realis virtualis solum volitionis libere Dei à necessaria impugnatum num. 4. & 5. accessisse, ut illa ipsius verba *virtute distinctas* sonare videbantur: siquidem virtualiter perfectiones esse fateretur, sed re quidem fugillato à se Caetano concordasse Salas 1. 2. tom. 1. q. 6. tract. 3. d. 1. sect. 8. postquam in suam sententiam §. 7. trahere plures conatur. Soatium etiam, ab ea cum primis abhorrentem, §. 7. Fonsicæ, ac subinde re ipsa Caetano consentit: sicut, & Henriquez lib. ultimo de fine hominis cap. 3. num. 2. lit. A. Gloss. His similia recentiores alij docent. Primo: volitionem liberam Dei adæquate intrinsecam Deo: item, quæ liberam formaliter, & terminatam ad creaturas nullam dicere perfectionem: esse, quæ talem, simpliciter indefectibilem, defectibilem tamen diminutæ, sine diminuto defectu quodam existentie formalis suæ intrinsecæ, quæ in se, & ratione sui formaliter, & virtualiter existit, diminutæque, ac non simpliciter talis est, quia nullam affert perfectionem: quare neque eius defectus imperfectionem. Denique volitionem liberam à necessaria volitione, & entitate, cui realiter perfectissime identificatur, virtualiter tamen intrinsecè distingui. Multo subscript Recencior alter esse illud diminutum incompletum vocans, ac secundum quid à Deo ipso realiter distinctum ac defectibile; etiam absolute, & simpliciter identificatam.

2. Hi sane omnes Caetano in re præsentem consentiunt, etsi aliis, & aliis quilibet vocibus interdum utatur: id vero, quo ab ipso differunt de perfectione, quam contra illum volitioni libere, quæ tali prorsus negant, & quo in tuto se à difficultatibus contra intrinsecam adæquate volitionis libere constitutionem (neque ipsi solum sed & ipse Ruiz noster d. 1. 3. citata quam totam ideò

M contra

volitio: cuius si adesset existentia adæquate volitio etiam existeret: id quod statuta possibilitate duplici adæquate existentie rei eiusdem manifestum est, eius autem possibilitas suadetur primo: quia eiusdem rei duplex adæquata productio, duplexque substantia est possibilitas: à quo ad duplicem rei eiusdem adæquatam existentiam si hæc ab essentia rei realiter diversa sit, consequentia tenet: secundo, quia eiusdem rei duplex datur carentia (verbi gratia eiusdem visus alia carentia in lapide, quæ negatio, alia in animali quæ privatio est) ergo, & duplex existentia rei eiusdem dari potest. Tercio: quia quoties aliqua res aliud non determinat ad sui existentiam, & constitutionem requirit, sed vagæ, hoc, vel illud, ut corpora locum hunc, vel illum & figura artificialis hanc vel illam materiam, & visio oculum dextrum, vel sinistram & hic numero Deus substantie acceptus, hanc, vel illam personam, quantitas ea requisita ad constitutionem rei diversa sunt, & variantur, res ipsa, eademque, etiam numerice, persistat verbi gratia idem Deus in Patre, qui & in Filio: ita ergo: cum volitio libera (verbi gratia creandi mundum inquantum) vel sui, vel nolitionis aduersæ existentia distinctionem existentie autem existentia persistat, atque cum libertate ipsius, ac Dei in ipsa concipienda eius indefectibilitas constabit. Sed contra Primo: quia iam existentia ipsa Deo quidem intrinsecas, & identificatas volitionis, & nolitionis defectibiles absolute, atque alteram nolitionis creandi mundum defectu absolute deficientem adduntur: quod tota hæc cogitationis fabrica, & machinamento vitare Recenciores isti conantur. Secundo, loquendo de constituto intrinsecò, & esse, siue existentia intrinsecæ rei, implicat in terminis cum eius diversitate, & variatione rem tandem persistere: id quod vel Recenciores ipsi vident, dum ad hanc doctrinam confirmant ad distinctionem realem essentia ab existentia rem (quam alias cum nolitis omnibus auerantur) reuertuntur.

3. Næne exempla aliqua de requisito aliquo constituto intrinsecò (quod vagum esse in terminis implicat) rei eiusdem physicæ existentie actu, imò, & physicæ possibilitatis: vagitas enim nostrum vocum, terminorum, & conceptuum est non physicæ entitatis, & existentie: imò ne metaphysicæ essentia rerum, siue specificæ, siue individualis, quæ determinatæ solum esse possunt, ac debent. Alioquin dicto: me distinctum, vel intrinsecam existentia, & differentia individuali mea, vel Petri distinctum, ac vagè posse vel metaphysicè, vel physicè eundem consistere: aut speciem hominis distinctum, & vagè, ac indistincte per differentiam rationalem, vel irrationalis seu bruti. Deus quidem substantiæ acceptus in Patre, & in Filio idem est: quia rectum, ita accepti nominis Deus, Deitas eadem est: sed iam in ista acceptione eius vocis nolite concipiendi, & significandi modus intercedit, qui vagæ suppositioni personalitatis in obliquo significatæ locum facit. Si verò adiectu eam vocem usurpes, pro persona habente Deitatem, seu integre totum, quod in Patre verbi gratia est, designans voce hic Deus, & tamen aliter hunc eundem Deum esse, qui variata persona in Filio integre, & secundum totum quod in Filio est, personam hereticè confundes, ut re autem, & nostro concipiendi modo, & significandi secluso Deus siue hic Deus est ex quo paritas ad volitionem Dei liberam ut res ipsa est peti posset, ac deberet) non distinctum personas hanc, vel illam respicit, sed coniunctum tres omnes, & necas claudit, neque, ut res ipsa est variata, sed neque non intellecta aliqua concipi potest. Denique his omnibus datis, & aliis pluribus omissis, illud mirabile, ac mille contradictionibus in hac conitatione plenum est vnum actum contrarium, & efficax non solum ad sui contrarii præsentiam non disparere, ac deficere: sed eadem ipsius existentia simul existere.

contra Caietanum instruit) & insequens est, & difficultatibus complandis inutile: quia eo modo, quo esse, existentiam, & entitatem diminutam additamento illi, quantumvis minutulo, quod volitio libera, qua talis, necessaria superaddit, & bonitatem, & perfectionem diminutam secundum quid & minutulam addere, consequens legitimum est, inutile vero difficultatibus praesentibus eluendis: quia inexistencia illius, siue esse, & entitatis diminuta, & secundum quid, necessariae volitioni Dei superaddita, & in se, & à Deo defectibilitate, & separabilitate eodem modo, atque in eius perfectione argumenta contra intrinsecam Deo constitutionem libertatis exercita vigent, ut de se patent, & statim videbimus: quod utinam non adeo pateret, cum enim nos reliquis ab essentia praedicatis diuinis, etiam necessariis, siue communibus, siue personalibus, bonitatem, & perfectionem consequentiore metaphysica denegauerimus controu. 1. de essent. & attrib. & controu. de Trinit. d. 6. quia, & eis entis substantiui, seu entitatis formalis, & ipsi proprie denegamus, nullis aliis discursuum expensis facilius nos, & consequentius, quam hi Doctores, à grauiissima & implicatissima questione expediremus: sed nolimus vocum solum nouitate, & multiplicatione difficultates, adhuc Philosophicas, nedum grauissimas Theologicas eludere illudque lectoribus: illud, quod miscetur, de distinctione, & defectibilitate additamenti huius reali virtuali consuetum est num. 4. & 5. eoque solum miscetur, ut plurimum terminorum, & doctrinarum complicatione fiat doctrina obcurior, & consuetatio impedior: cumque ab vna parte impugnantur, fugiant ad aliam: sed vero principia, & definitiones existentiarum rei eiusdem simpliciter, & in se, & secundum quid, in sui minimi causa, cognitione, fama, quas statuit, & ex quibus praefari recentiores discunt, ut esse illud diminutum, & secundum quid additamenti illius proprium, eiusque secundum illud diminutum defectibilitatem, & cum perfecta existentia, & indefectibilitate simpliciter, & absolute tali, atque identitate cum necessaria Dei volitione, & entitate componat, mirabilia sunt: & quibus consuetandis in praesentiarum nec tempus vacat, nec locus: de eo tamen eius lectores monere, ne subtilibus, sensumque se se, ac lubricis insinuantibus eius discursibus decipiantur, opus vsum nobis est.

3. Iam vero ad infinitum, quod attinet, praesens, quibuscumque sententia hae Caietani vocibus explicatur: sic breui consuetatur. Nam illa entitas, existentia secundum quid, diminuta, incompleta &c. identificatur ita absolute Deo eiusque necessariae volitioni ut in se, & quoad illam à Deo, eiusque necessariae volitione deficiente, omni verò, & reali sensu repugnet, vel non? Si primum: nec secundum illam entitatem, existentiam, & esse diminutum, & incompletum, volitio libera est defectibilis, nec contingens vero aliquo sensu esse potest. Si non repugnat, vero aliquo sensu physice in se additum illud & à Deo, aliisque necessariae volitione deficiente, ac separari contingens quidem, & liberum vero aliquo sensu erit: aut Deo eiusque necessariae volitioni adequate identificari repugnat: siquidem à se ipso separari ac sine se ipso esse repugnat: effeque in se necessarium eius, & indefectibile ac simul defectibile ac contingens: quare totum argumenti contra constitutionem libertatis Dei per prorsus intrinsecum robur, quod hac doctrina debilitari tentatur, contra eam aequo viget. Absolini vero consulo terminis absolute, & simpliciter, dum de additamenti huius diminuti defectibilitate, & identificatione cum Deo, eiusque volitione necessaria rogabam. Postuique loco illorum vero aliquo reali physico ac non ficto sensu: ut illis terminis locum eluioni, & per meras voces, effugio pracluderem quod si esse illud diminutum, & secundum quid Deo non identificari cum necessario, etiam Deo intrinsecum sit, respondeas, ut Caietanus clarius videtur docere, & à scholasticis reprehenditur, & impugnatur, etiam Deum entitativè in defectibile eo modo defendas, & libertatis intrinsecam, seu additamenti illius eo modo intrinseci defectibilitatem componas, alia tamen absurda valde incurres.

4. Imprimis enim: cum eae volitiones liberae ab aeterno Deo ex fide addunt, nequeunt non Deo identificari ipse-

que Deus esse iuxta symbolum fidei Concilii Rhemenis ubi Bernardus & Patres congregati inter articulos fidei suae ponunt. *Nec aliquis omnino res, siue relationes, siue proprietates, siue singularitates, vel unitates dicatur, vel alia huiusmodi adesse Deo, quae sint ab aeterno, & non sint Deo.* Respondebis: primo ex Arriaga sect. 1. num. 3. §. *Secundo respondet*: eo loci contra Gilbertum Porretanum agi, qui de distinctione reali personalitatum ab essentia Deo necessariarum, non autem de liberis praedicatis Dei (de quibus nunc agitur) oppositum dogmatizabat id quod eius articuli verba, quae sunt omnia, quibuscumque personales proprietates (de quibus Gilbertus) exarant nominatae à Patribus fuerant. Nec verosimile videtur emittendos sine expressa vlla mentione à Patribus illis articulos liberos Dei, si ad eos etiam fidei suae professionem extendi voluissent: cum tot nominibus, & terminis id, de quolibet cum Porretano erat, expresserint: verum etiam eius loci occasione doctrinam generalem ad omnia quae Deo ab aeterno adfuerint sua illa professione eadem art. 1. habetur. *Deum non esse sapientem, nisi ea sapientia quae sit ipsi Deo.* Contingentiam autem futurorum sapientia Dei sapientia est: & à Deo proprie ac reliquiorumque Deus non sapientia, quicquid dicat Arriaga ibidem §. *Mutatio* & id ut minimum euidens est occasione dogmatis Gilberti de solis personalitatibus ad alia diuina & aeterna in Deo. Rhemenes Patres fidei professionem extendisse: quare cum verba generalia sint, & sub quibus etiam omnes liberi, tam scientiae, quam volitionis diuinae, quae Caietano, & Ascleis Deo ab aeterno Deo addunt continentur, de eis etiam Patres illos locutos esse non dubito.

5. Dices secundo ex eodem Arriaga ibi num. 14. *ego circa hunc locum* illam professionem fidei Patrum contra Gilbertum fuisse Bernardi, & quorundam Galliarum Episcoporum cui à Cardinalibus (& vii Arriaga insinuat) ab aliarum nationum Episcopis reclamatum fuit: nec probatio vlla Pontificis accessit: nec de illa postmodum tractatum in eo Concilio: neque Cardinales & reliqui Patres Bernardo, & Galliarum Episcopis concordasse. Cuius solutio haec plus auctoritati illius professionis fidei Rhemenis Patrum derogat, quam respondent ipse nititur, & patitur, falsus enim §. immediato fuerat (qui inficiari non poterat) eam, etiam à Pontifice tunc Eugenio approbata expresse non fuisse. Magnae tamen apud Doctores omnes Catholicos, & Ecclesiam auctoritatis temper fuisse. Ab Episcopis vero ceteris nationum aliam reclamatum cum Cardinalibus illi professioni esse nullum fundamentum, sed arbitrio solum suo, suspicatur, quoniam, uti ex eius Concilii actis constat: nec Gilbertus (cuius maxime interesset, quippe contra quem edita professio fuit) reclamati Cardinalium accessit: imò vero iam illam in spectata Eugenij 3. approbatione in Concilio illi errorem suum Cardinalibus Patribusque relictis praesentibus, nec vllatenus reclamantibus retractauit ut diximus contr. de Trinit. d. 8. q. 1. cert. 2. n. 2. Quo facto votum Concilij in doctrina illius professionis consensu & concordia probatur: inde etiam constat Cardinalium reclamantes non doctrinae professionis illius, sed auctoritatis deficiente Pontificis Romani proprie, quam à Bernardo, & Galliarum Episcopis ea fidei professione Concilio potestate vltima arbitrabantur, fuisse apud Eugenium 3. interpositam ut etiam actus eius Concilij constat, & ex Bernardi suo, & Galliarum Episcoporum nomine satisfactione Cardinalibus Concilio & Eugenio 3. quod non professionis doctrina, sed solum de non praesumpta à se vel ab illis deficiente in rebus fidei auctoritate & potestate fuit oblata, quod ipsum Arriaga ipse ibi fatetur: quin, & Eugenius 3. apud quem Bernardus, & Episcopi Galli exposuerunt: à Cardinalibus fuere, nihil de professionis illius doctrinae mutatum voluit: quare, etiam non expresse, totam tamen tacitus approbavit.

6. Erit ergo tota eius professionis doctrina doctrinae expresse approbationis, & definitionis Pontificis fidei non sit tamen ex Bernardi, & Galliarum Patrum deminuto per illam Gilberto conationalium, & ipsi quidem Episcopo fratrum expressa sententia, & consentia ex Gilberti ipsius ob illam retractationem tacitoque totius Concilij Patrum retractatione Gilberti adstantium, utque ipsius Eugenij 3. consensu, penè summam, ac fidei praesentem

tota eius professionis doctrina auctoritatem fortitur. Accedunt aliorum Patrum in eandem universalem doctrinam, non solum personalium, sed & communium omnium, quæ Deo intrinseca sunt, (in quibus liberi accessus claudat Catholicæ nequeunt) cum Deo cinque essentia adequatam physicam, & absolutissimam identitatem consensuant: Dionys. 1. de divinis nominibus, sed hæc. Superius enim, quod & enim est ipsi, quæ est, & multitudine individua, inephibilis, plussquam plura, & explata, Omnipotentium, & multitudine, quæ est, & in eandem profertur, & perfertur: & continent: Sicut autem decreta libera Dei de eis quæ sunt, atque videri potuerunt, perficiunt, & continent: ergo ex fœderata Dionysii in Deo, & eundem Deo vnum sunt, ac profusidem: Iulianus Martyr, expulsiis de vitare, & identitate divini Consilij (quod decretum liberum Dei aperte significat), adequata, & perfecta cum Deo ipso hinc est quæstio 144. ad Orthodoxos his verbis. *Da simpliciter tota est filius, & tota est habens filium: tota est Consilium, & tota est habens Consilium.* Augustinus 7. de Trinitate cap. 2. d. 1. iuit, quia in illa simplicitate Dei non est aliud sapere, quam esse, eadem illi sapientia est quæ essentia. Hilari. 9. de Trinitat. vers. mel. Sapientia, & omnibus Dei attributis cum physicis, tum moralibus (in quibus liberum exercitium diuine voluntatis continetur) enumeratis subdita. Non aucto- ritate Dei habet, etiamiam aliquid exera esse credendum fuit. & Bernardi. si de conficiatur. Si beneum, si magnum, si beatum, si, sapientem, vel quid tale Deo dixeris, in verbo inspiratur: quod est, esse. Nempè hoc est esse, sed erat esse: si centrum talia addas, non recessisti ab esse, si ea dixeris, nihil addidisti: si non dixeris, nihil minuisi. Ied de Bernardi hac in re mente nulli dubium est: imò neque aliorum Patrum, quorum de essentia Dei, cum physica, tum metaphysica, & Theologica disputantes memimus. tom. 1. de Deo vno conueniunt. 1. de essent. & attrib. d. 2. quæstion. 1. cert. 2. & quæstion. 2. certam. 2. quibus obinde recitanda præ-

7. Inde verò elarere merito Caietani sententiam non à
Foucaia solum, vè audacem, ac parum tutam in fide re-
prehendam esse; sed etiam à Ferrara, Bamez, Valentia,
Vazquez, Medina, & Zúñel fugillatam: quos refert,
secus approbat Ruiz noster citatus de 13. fecit. 1. num. 2.
de Soc. loco citato metaph. dicens: ratione naturali satis
venissimè fore, si ex fide non reuiceretur: cuius
sententia è diametro aduersatur Ariaggi citata scècti-
onum 89. & 90. §. *Ego autem aliud iudicium*, nimi-
us nihil ex fide virgines Caietani sententia opponi pos-
se, sed eleuatam euasibonibus ab iplo daris, & à nobis
confutatis Concilij Rhenensis auctoritatem; efficaciter
est à ratione naturali cum sententiam reuelli: & tamen
ratione ac, quam contra illam opponit ratione natu-
rali excludi à Deo compositionem eius cum creatura
(cuiusmodi) si fuit actus quia liberi) ab æterno, & ta-
men ab æterno esse in Deo ab hac sententia admittun-
tur: sed cum ex scriptura, & fide certum etiam sit liberam
Dei voluntatem ab æterno in Deo esse: vè ipse Ariaggi ait
se insuper ex Scriptura etiam, & fide nihil, quod Deni-
que in te non sit, æternum esse ex ipia ratione naturali,
quia Caietani sententiam efficaciter reuelli Ariaggi cen-
set, & principia fidei, ex quibus certius efficaciusque re-
felleretur, debuit recognoscere; etsi Rhenensis Concilij
auctoritas non adeo effere firma, nec reliquorum Patrum
testimonia Caietani sententiam oppugnantium legisset:
si altera vero parte Socio etiam aduersa de effici-
entia sententia à ratione naturali confutatione consui-
tutis: cernim aduentum illud secundum quid con-
ueniens, & defecibile neque essentia & entitate sua exi-
stere nec Deo subinde identificatum vè Caietani mens
fuit, non potest esse à se esse, & essentia, saltem phy-
sice, sine creatura sua existens, & subinde existens necesse-
rariè, sed potius esse ab alio: quare & creatura que
conceptuillo entis ab alio in ratione essentiali entis crea-
turæ creaturæ constituitur: maxime cum liberè à Deo
voluntate sit. Quod principium Ariani de verbo statueret
et prout sua scriptura intelligentia statueret tamone
contendunt, vè illud creaturam esse non Deum demont-
strarent; Patres vero illationis euidentem aduerant; vè

Chrysoph. de Origene, de Deo Vno. Tomus II.

nim quod verbum libera Dei voluntate precederet, ab-
iicerunt vt erroneum: statuentes quid libera Dei
voluntate procedit esse creaturam: vt videtur et in Hila-
rio lib. de Synodis in anathemat. 23. in Concil. Tolosa-
ni. confell. ad. quare libera verbum Dei voluntate pro-
cedere totis viribus euertere conati sunt: iam vero si crea-
tum quid addiderimus illud esse nec Deo identificari
in primis non magis quam connotata extrinseca, à quib-
us habet sententia vult tanpotere discedere Deum vi-
taliter liber: volentem constitunt: imò connotatio-
ne creatura iuxta eam sententiam Dei liberatum in
volendo constituit, & datas à nobis contra illam impu-
gnationes subit.

8. Quod si verbis illis additamenti intrinseci Deo eius immanentia, ac vitalitatem, quam creata reliqua non habeant, simulat, nobisque venditare velis: cum illa intimitas Deo identitatis non fit: an erit inhaësis Deo, & quo non necessario, sed contingenter illud additamentum procedit, tanquam subiecto, nec ne? Primum eius vitalitatem adumbrabit saltem: sed in primis subiecti imperfectionem quam potentialitatis prae antiqui vocantur, Deo indignam, eunctaque philosophia, & Theologiae absonam, admittit. Secundo (quod huic vel proximum est, vel imbutum) Deus erit per aliqd à se diuersum physice perficibile, nec entitate sua summe perfectum; quod repugnat. Tertio, sua entitate in tertii additamenti intrinsecam compositionem veniet: parique natura sua erit: cum natura sua libere volitionum fit: id quod magnum, & evidentiissimum absurdum est siquidem patris physice essentialis, conceptus entis incomplecionem, ac subinde intrinsecam entitativum eius imperfectionem postquam importat. Quarto: Deus mirabilis, sicut nos actibus nostris liberis, erit: nec erit, cur non sit in tempore entis mirabilis: quinto. Alteri absurdo insinere perloque. Caietani impugnatores video: nempe Dei simpliciter à Patribus, & Conciliis assertam iuxta postremam eius explicationem, quam infestamus eueri: sed tamen simplicitas Dei, & incompositio ab illis dogmaticè asserta, intra Deum, siue entitatem, quæ absolute, & identicè Deus sit, vt in Patre filio & Spiritu sancto ac Trinitate, est, vt in contextu occasione, & diffusis eorum pendebimus constabit: non in tertio alio ex entitate Dei, & alterius ipsi non identitaci constato, vt postrema hac Caietani explicatione compositio asserit: quod si, vt hæc vites absurda, additum illud non inherare, vt subiecto, sed adherere solum, tanquam necessario eius additi extremo, dixeris: vitalitatem, & liberatam volitionis liberæ Dei aperte, si cut connotatores, deferres: neque in re ab eorum sententia recedes: cum creatura omnes, omnium sententia, in sua existentia absoluta Deo entitate sua, tanquam termino, & necessario existentie entitatis sue absoluta extremo connectantur, & adhaerent: equid autem aliud adhaësi additamenti nisi illius Deo tanquam termino, & extremo non inhaësis, sed adhaësis importat? Denique aduerto: perloque, etiam modis huius postremi explicationis sententia Caietani, & sequacium, ex hoc, quod Deus terminus solum adhaësis additamenti illius defectibilis de se, ac Dei entitatis superadditi præcipue, quod illud propriè creatura sit inferendum insinere) sed, quantum ad præsens artinet, siue educatur ex Deo, vt inhaësis subiecto, siue solum adhaereat, sicut cætera, quæ creata absolute dicuntur, & si à subiectis educantur, dummodo ab alijs, ac non necessario, sed libere sunt, creaturæ esse conuincuntur, si ceteri ergo, & rationis naturalis principijs, quoquo explicetur modo, Caietani, & sequacium sententia additamenti, nec huius mysterij difficultates complanat, vllatenus emoluit.

CERTAMEN X.

*Propria facilior, fors felicior sen-
tentie communis, & nostra expli-
catio & à mysterij tanti, difficul-
tatum complanatione probatio vl-
tima.*

3. **C**æteris diuinam uolitionem liberam Dei per Deo intrinsecum constitutibus cordatis, religiosius atque in Deum obsecrantijs, & sentiunt, & loquuntur, Sorarius, & Ruiz qui ad eminentiam summam diuini esse, & infinitatem summam, & simpliciter, ac è genere suo talem, diuini amoris, qui proinde quo ad substantiam, & modum è conceptu suo omniumr euadere debet recurrunt; qui quo ad aliquem ex impugnatjs modum descendunt; & si quandoque, vt defectibilitatem uolitionis diuine libera, qua talis, cum necessitate, & infidelitate illa (quod tota mysterij huius difficultas est) componant, uocibus illis terminationis, extensioeque utantur: vt uide- re est in Sorario locis citatis, & in Ruiz etiam maxime d. 3. sect. 2. propositione 3. & 6. sed tamen ad Dei cuiusque amoris eminentiam summam, & infinitatem se tandem recipiunt; quin eius terminationis adhuc physicam defectibilitatem admittant: vt claret ex propositione quarta, & quoties uerque citatis locis argumentis contra hanc sententiam facili respondent: quo effectum ab ipsis est, vt nihil Deo indignum responderint; non tamen di- ficultatem mysterij huius complauerint, & ciuauerunt: id quod eminentia illius explicatioe profundioris, & pen- tiore, ac nonnulli ex ac pendebitis ueritatibus pra- standum erat, si in principia alia, qua illis, & aliis fen- tentie huius Patronis eatenus non occurrerint, incidit- sent: quibus adueniens ædimo neminem ad connotata extrinseca fuisse recursum: in ea uero principia uos pri- mum incurramus, vt ex subsecutis constabit, cum nihil de huius mysterij, & præsentium difficultatibus cogita- tione, & explicatione, fed de illis difficultatibus cogita- remus: qui præsentibus etiam complandis ea prin- cipia, ut quot; inueniunt, specialiort adus Dei benefi- cio, qui *facit a mundi elegi, ut confundat sapientes* in ea nos incidit compertum omnibus erit.

2. Ignori eminentie diuine in efendo prædicatum tantumdem ac, valere, & fignificare iudico, quæ perfectiffimæ, & fumme identitatis, & fimplicitatis, vnitatiſque phyficæ Dei prædicatum: cum autem identitatem realem prædicatorum (quæ in re phyficæ eadem innuuntur) in vnitatem phyficam coniunctionis formalis fit, nulla alia via identitatis rerum maiorem, minoremve perfectionem metiri, fummatimque diuine indagare aptius poſſumus, quam vnde maiorem, vel minorem vnitatis & coniunctionis phyficæ partium phyficæ diuerſarum in vnum continuum, vel compoſitum naturale licet potius artificiale, æſtimamus: quandoquidem non niſi huius tandem adinſtar, tam vno continui quam compoſiti naturalis quam phyficæ identitatis prædicatorum rei phyficæ eiufdem, concipi & cogitari pro hoc flatu à nobis poſſunt, vt que modo abſtraham à perfectione, quæ euſmodi coniunctioni, & vnitati phyficæ compoſiti: ſue naturalis, ſue artefacti materialis ad rem præſentem conuenit, quæ ratione materiæ quæ conſtat ſue extremorum, quæ compingit, vel vnit, vnde artificialem coniunctionem in munere, & ratione formali coniunctionis maior, minorque perfectio taxanda metienda que ſit oportet indagare. Arque vt contrari de Incarnat. dum magnitudinem, & excellentiam hypſotiſticæ vniouis præcætaris reliquis in formali hæc ratione, & munere vniendi ſtatuebamus, eo procul dubio perfectio maior in eo cogmentandi & coniungendi munere formali bituminis, & fuliginis artificialis flat, ac deprehditur, quo extrinſecus, quæ in coniunctionem localem arte factio necella-

nam venire facit, eiusmodi coniunctionis inceptor de-
fuit, et repugnancia: liquidum enim inceptum, et re-
pugnancia vi vincit ligamini, ac bituminis supple-
mentum in aliis facit facile ad localem coniunctionem apud
supplenda bituminis non est: v.g. vel concauum comae
apertur, vel planum plano, ratifium glutinis opus habet,
non bitumina & vituius fortiori; alii. vel concauum con-
cauo, vel conuexum conuexto; puta dicitur rudius con-
cauo a tergo locis exaequat, coniunguntur et teneantur
conferuntur confunduntur, vix, quod satis fit virtutis coniunctio-
nis, in bitumine alioquo, quantumvis vituius repete-
tur. Hinc, cum adeo ad viationem physiciam repugna-
tia, Deus, quemque persona diuina, & creatura, etiam
nobilissima, & perfectissima, sint, & tamen viationis hy-
pocritae, nexti in admirabilem illam compositionem
Dei, & hominis Christi Domini venerit, ac teneatur,
maximam illam hypocritam viationem, summeque per-
fectam in muerit, ac ratione formalis nexus, ac viationis
eius concludatur contr. & loco citati de Incarnatione.

3. Inde vero protracto ad identitatem difficulte, v. g. genus, perfectioris eius magnitudo inde omnino abstrahenda videtur physicæ, & tandem artificialis violentia, sua valetuti perfectiori maior reputatur. Ac proinde, eo magis formaliter, perfectiorque rei identitas erit, quo magis in conceptu suo ad valetutem inepta, atque rarius contingibilia prædicata ad physicam identitatem identice conueniant, & adunet: eoque perfectiorum & perfectiorum fieri quo plura, & plura eius conditionis prædicata identice coniungant. Summam verò summæ perfectam que plura eiusque generis prædicata, quam reliqua omnes inter identitates possibiles, & alias atque in ipsis identice incomponibilia, ita adunet: id quod inductione per omnia æternum, & genera, & species facta vicius probetur: quæ enim perfectioris physicæ, & metaphysicæ speciei sui subinde earum entitates, & identitates suntque plura prædicata in minus perfectis rerum speciebus identice incomponibilia ad identitatem realem, & physicam trahunt: videmus in specie substantiarum corporea physicæ imperfectioris, prædicatum sensitiui identice cum aliis perfectioris sui prædicatis non posse coniungi: sicut neque in specie sensitiuarum substantiarum imperfectioris prædicatum rationis, que omnia in nobilioris speciei, & identitatis substantiis nempe homine coniunguntur, ideoque imperfectiorum specierum differentiarum: et prædicata poliuius singulorum à nobis explicaturus, videntur insensibilibus circumstantiis repugnantiæ continuationis eorum identice in specie inferiori denoteturque quam tamen in specie perfectioris perfectioris entitatis & identitatis habent omnium in homine: in quo & videntur prædicatum cum prædicato sensibilibus, & vtriusque cum prædicato rationali à simili identice physicæ coniunctio daturatione cuius in intellectu Philosophis nominatus est quia omnia prædicata que in mundo hoc visibilibus in specibus imperfectioribus terminantur, & identice in coniungibilia sunt perfectione entitatis, & identitatis physicæ lux identice in te coniungit, & adunat.

4. Hinc fumma, fummeque perfecta identitas physici reiformaliter loquendo, in eo fore coniungendum placet, quam alia vita res possibilis in aliis imperfectionibus rebus difperfa & inconiungibilis in fe identice phyfice admetur; quare, & diuina fumma perfecte identitatis phyfice concepta in eo stare, quod in ipfo ex praedicata omniaque in inferioribus cunctis rebus creans difperfa fuerit nec omnia in creatura aliqua vbique repugnans & contradiatione, vel formaliter abfolute poffunt identice phyfice coniungi ad phyficam identitatem coniunctionem accipiantur, quod infum, vel effe eminentialis phyfici Dei conceptus, vel illud proxime metaphyficè conceptus nequaquam effe dicendum contr. de Trinit. ex fumme potestate Dei identitate, vitare, ac fimpliciter phyfice reali, quam ex diftinctione reali, ficut ex natura rei vifum virtuali, vel alia quapiam exogitabili contradiatione, quae in aliis omnibus rebus talia, vel formaliter, vel illatue effent, ac dum de Deo praedicantur contradiationem fonant, abique vbiq. contradiationis conceptum, fumma diuinae praedictio, & irreuerentia, imo magnae pietatis diuinae infentit proximus ex doctrina eodem conceptu ad praefens infentit proximus ex doctrina eodem conceptu: cur in Deo potentia vera intellectus & voluntas

mittenda ad actus intelligendi, & amandi sit, absque physica potentia alterutrum a suis actibus distinctione Dei unitati, simplicitati, & identitati summa physica contradicente, & quæ necessario inter eiusmodi potentias, actusque earum in creatis intercedit: id enim ob imperfectionem entitatis, & identitatis physica creaturæ potentiarum, & operationum eiusmodi in ipsis usu venit, non autem ex potentiarum, & actuum illorum conceptu, ut à creati entis, & ab alio, seu creaturæ prædicato abstrahit, & præscindit: ex eo enim quod potentia creata, & ab alio, ac vitalis intellectus, & voluntas immanenter operantur sit, actusque ipsarum creati, & ab alio immanenter etiam in potentia, ac proinde ab eadem potentia producendi: in potentia creata, cuiusque actu imperfectioribus vitalitatis absque actione physica potentia in actum, quare & absque physica virtutis distinctione esse nequeamus: utrumque in physicam identitatem coagentur: in Deo autem ob perfectissimam, summamque identitatem divinam vera potentia, actusque vitalis identice inunguntur, absque contradictione: quin physica actus, & actiones (quæ sola distinctionem in creatis importat) illatenus intercedat, ut docuimus tom. 1. de Deo vno controu. 2. d. 2. quæst. 1. sed intentionalis solum, vera quidem, ac minime ficta: quæ sola potentia, & actus physicam compatitur identitatem: Sed quavis hæc ita sunt (ut verè sunt) causæ, ac omnia contradicentia, quæ in Deo occurrere menti possunt, summe vitantur, ac perfectissima identitatis diuine præfatio audeas defendere: sed ea tantum, quæ ex misteris reuelatis contradictionem sonare videntur, & in creatis eubus contingunt. Alioqui Deum esse, & non esse ratione admittes.

5. Ex hoc vero, quod postremo inuoluimus de vera potentia vitali intellectus, & voluntas intentionali solum, non physica; quæ, & actus suos vitales, quibus physicam identificantur, ob esse eminentiale, ac summè perfectam Dei identitatem verè elicere Deum potest, difficultatem mysticæ libertatis Dei in volendo per prorsus Deo intrinseca adæquate constituitur perspicua est, & facillè expeditio: pater enim vitalitatem veram intentionalem voluntatis diuinæ, non esse ad physicè in se suos actus producos (quæ vitalitatis creatæ potentia vitalis propria est, ac sine distinctione reali actus à potentia actus suos extra se non ponit) ac subinde illorum solum compatitur physicam identitatem: quo solum genere vitæ intentionalis purissimæ perfectissimæ, ac verè viuens Deus potest gaudere, ut citato loco controu. 2. ostendebamus: inde etiam conceptus verus contingentie actus voluntatis diuinæ essentialiter requiritur. Contra, Cum Dei voluntas in actu primo libera sit, eiusque actus, & exercitium sit in actu secundo liberum absque illa actus ipsius liberi, ac subinde Dei, cui physicè adæquate identificantur, physica defectibilitate saluatur, sola enim, vera quidem, sed intentionali solum defectibilitate: in qua linea tantummodo actiuitatis vitalis intentionalis voluntas alterutrum actum exercere potens est, vel omittit: neque, ut alterutro modo suam potestatem exercens, alicuius denuò atque extra suam physicam entitatem appositionem, vel amotionem physica opus habet.

6. Unde etiam facile constat: exercitium liberum Dei adæquate intrinsecum nullam contingentiam atque defectibilitatis physicæ, & entitatis imperfectionem inuoluere, ob quam aliquid aliquo modo realiter à Deo diuersum ad libertatis volitionis Dei adæquatam constitutionem, & complementum debeat aduocare: constat tertio: quo pacto Deus, cuiusque voluntas libertate contradictionis, nec solum contrarietatis ad suos actus absque illa suæ entitatis, & perfectionis physicæ immutatione, cum purè omiserit, vel augmento, cum præ eius omissione actum positum elegerit, gaudeat: sed neque metaphysicè, & (etià ad rem præsentem parui id referat) auctior in perfectione euadat, cum possit se Deo voluntas exercet, quam cum purè omittit: quia tota Dei metaphysica bonitas, & perfectio in sola essentia metaphysica est: attributa verò reliqua non perfectiones physica, atque essentia bonitas, & perfectio identitatis physicæ iure se explicat, communicat, emicat pluries, & inuoluitur.

7. Denique constat quinto: malè à Doctoribus plebiscque volitionem necessariam Dei ita à libera distingui, ut illa indifferens ad liberam determinationem, seu volitionem Dei supponatur, quasi huius principium: tota enim indifferencia principij proximi ad liberam determinationem intentionalem volitionis diuinæ, in sola voluntate diuina est: ex qua, tanquam potentia vitali intentionali adæquata, è Deo ipso, ut primario obiecto specificatio adæquata, omniamor diuinus, cum sui, tum creaturarum, tanquam purè materialium obiectorum, quæ vult, & eo modo quo vult liberè euadit, ac simul Dei æternitate à Deo concipitur: aliarumque creaturarum, ac non harum, ut potuit, amor ex eadem æternitate nulla physica, & entitativa, sed intentionali motione conciperetur: quin vlla in amore Dei erga ipsum ad liberum erga creaturas præcedentia intercedat, sed solum in eorum obiectorum obiectiua intentionali motione, qua Deus, ut adæquate specificatum totius omni (quoad substantiam, & modum) amoris Dei eo modo, quo est, purè terminatiua ad alia præcedit: eo modo, quo specificatiua reliqua affectuum nostrorum (quæ eadem in nobis motiua formalia, & rationes, propter quas aliquid amamus, sunt) ad terminationem puram eorum amoris eiusdem, quem erga ipsa sollicitant, antecedunt. Nec obest scientiam Dei erga seipsum, suamque bonitatem priorem esse, quam erga creatura: ex se enim ut obiecto omniscientia formalis de se est representatio, & actualis expressio: quare, & pro priori ad cognitionem creaturarum infinito se Deus, & necessario amore prosequens, quin ad creaturas pro illo priori, nec dum exercere representatas, terminetur: etenim de præcedentia scientia Dei erga seipsum, priusquam ad extrinseca obiecta possibilia, quorum cognitione ad liberè erga illa amorem concipiendum ducitur Deus, idem, ac de amore dicendum est: nimirum præcedere Deum, ut obiectum specificatum, non autem ut terminatiuum ad obiecta extrinseca possibilia purè terminatiua, quæ ut talia nullum Dei decretum liberum antecedere supponunt: sed vno scientia intuitu, & quasi ictu, & Deum, & possibilia simul representari, quin scientia Dei de seipso ad scientiam possibilibus extrinsecorum vero, ac non ficto aliquo signo præcedat: ac proinde pro eodem signo necessarius sui amor, & liber amor erga creatura, quæ vult, simul, atque indiuisim concipitur.



DISPUTATIO IV.

De diuinarum volitionum diuersitate.



OLITIONVM & affectuum diuinorum nullam re ipsa diuersitatem esse ex dictis hæcenus, cum proximè tum antea sæpè perspicuum est, cum diuina volitio & amor è conceptu, & essentia sua infinitus simpliciter, non in genere, sed è genere suo, atque omniamor quoad substantiam, & modum, ut sæpè diximus, euadat: quare eius diuersitas quoad modum intentionaliter in sua obiecta tendendis, & nomina inde idem prolixus amor à nobis indita, examinanda restabit: & ea quidem, tam quatenus erga ipsum Deum quam, quatenus erga extrinseca obiecta versatur: nam in eo amoris stricti, gaudij, amicitia, & desiderij, intentionis, & electionis propriæ rationes inueniantur. Primò ergo de Dei erga seipsum amore: deinde de eo, quatenus erga creatura versatur, agendum est: & plura sanè quæ disputari hic poterant disputatione secunda sunt vel formaliter, & in terminis, vel virtualiter decisa.